This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

J
16
30

Gg 15.30

Harvard College Library

FROM

Museum of Comp. Zoöl.

18 Dec. 1891.

Gg 15. 30

QUAE IN COMMENTARIIS A GREGORIO CORINTHIO IN HERMOGENEM SCRIPTIS VETUSTIORUM COMMENTARIORUM VESTIGIA DEPREHENDI POSSINT.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE CHRISTIANA ALBERTINA KILIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

ET UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE IV. M. IUL. A. MDCCCXCI. HORA XII.

PUBLICE DEFENDET

THEODORUS GERBER

ELMSHORNENSIS.

ADVERSARII ERUNT:

EVALDUS BRUHN, DR. PHIL.
CAROLUS BUENTE, CAND. PHIL.
HANS PETERSEN, DR. PHIL.

KILIAE.

TYPIS EXPRESSIT C. BOLDTIUS ROSTOCHIENSIS.

MDCCCXCI.

Gg15.30

rvard College Library,
Dec. 18, 1891.
Gift of the
Museum Comp. Zool.

Imprimatur:

KRUEMMEL, h. t. decanus.

FRIDERICO BLASS

Gg15.30

...rvard College Library,
...ec. 18, 1891.
Gift of the
Museum Comp. Zool.

Imprimatur:

KRUEMMEL, h. t. decanus.

FRIDERICO BLASS

Nullius fere rhetoris scripta saepius atque diligentius a commentatoribus tractata sunt quam Hermogenis Tarsensis *τέχνη ῥητορική*. Quod haud ita mirum est: vix enim scripta ulla rhetorica per tantum temporis spatium tanta floruerunt auctoritate[1], qua Hermogenis libri rhetorici,[2] quippe qui mille annis amplius — a primordiis imperii Byzantini usque ad Constantinopolin expugnatam — quasi fundamentum essent, quo usi scholarum magistri pueros atque iuvenes instituere solebant.

Unus Aphthonius cum Hermogene contendit. Huius enim progymnasmata tantam in rhetorum scholis adepta sunt auctoritatem, ut Hermogenis *προγυμνάσματα*, ad quorum normam Aphthonius sua composuerat, magis magisque oblitterarentur. Ita explicatur quod nulla huius libri in omnibus fere codicibus ab Hermogenis arte rhetorica plane seiuncti nobis praesto sint scholia,[3] cum Aphthonius commentariis instructus sit ab iisdem rhetoribus,[4] qui Hermogenis artem rhetoricam interpretati sunt.

---

[1] Cf. Suidam s. v. *Ἑρμογένης . . . τέχνην ῥητορικήν, ἣν μετὰ χεῖρας ἔχουσιν ἅπαντες.*

[2] Sc. libri *περὶ στάσεων, περὶ εὑρέσεως, περὶ ἰδεῶν, περὶ μεθόδου δεινότητος* qui artem efficiunt rhetoricam.

[3] Cf. Walz rh. gr. I. 4 sq.

[4] Inter eos, qui et Hermogenem et Aphthonium commentati sunt, e. g. est Ioannes Geometres, de quo postea nobis dicendum erit. cf. praeterea Walz II, p. III.

Nullius fere rhetoris scripta saepius atque diligentius a commentatoribus tractata sunt quam Hermogenis Tarsensis *τέχνη ῥητορική*. Quod haud ita mirum est: vix enim scripta ulla rhetorica per tantum temporis spatium tanta floruerunt auctoritate[1], qua Hermogenis libri rhetorici,[2] quippe qui mille annis amplius — a primordiis imperii Byzantini usque ad Constantinopolin expugnatam — quasi fundamentum essent, quo usi scholarum magistri pueros atque iuvenes instituere solebant.

Unus Aphthonius cum Hermogene contendit. Huius enim progymnasmata tantam in rhetorum scholis adepta sunt auctoritatem, ut Hermogenis *προγυμνάσματα*, ad quorum normam Aphthonius sua composuerat, magis magisque oblitterarentur. Ita explicatur quod nulla huius libri in omnibus fere codicibus ab Hermogenis arte rhetorica plane seiuncti nobis praesto sint scholia,[3] cum Aphthonius commentariis instructus sit ab iisdem rhetoribus,[4] qui Hermogenis artem rhetoricam interpretati sunt.

---

[1] Cf. Suidam s. v. *Ἑρμογένης . . . τέχνην ῥητορικήν, ἣν μετὰ χεῖρας ἔχουσιν ἅπαντες.*

[2] Sc. libri *περὶ στάσεων, περὶ εὑρέσεως, περὶ ἰδεῶν, περὶ μεθόδου δεινότητος* qui artem efficiunt rhetoricam.

[3] Cf. Walz rh. gr. I. 4 sq.

[4] Inter eos, qui et Hermogenem et Aphthonium commentati sunt, e. g. est Ioannes Geometres, de quo postea nobis dicendum erit. cf. praeterea Walz II, p. III.

Vetustiora recentioribus removentur, praesertim si recentiora vetustioribus nituntur. Hoc maiorem etiam in modum quam Hermogenis progymnasmata commentarii in artem rhetoricam scripti experti sunt. Nam cum scholiastae recentiores vetustiorum interpretum scholia exscribere solerent, commentarii vetustiores plerumque aetatem non tulerunt. Quod imprimis extremae rhetoricae partis docet exemplum: antiquissimis enim scholiis prima pars (liber *περὶ στάσεων*) instructa est, quod Syriani et Sopatri[1] genuina nobis servata sunt scholia; priores tres partes complectitur anonymi commentarius[2] saeculo decimo non recentior; quod vero extremam partem attinet, praeter scholia nonnulla quae in codice Parisino 2977 saeculo decimo scripto inveniuntur, commentarii nobis servati saeculum duodecimum non antecedunt. Sub medium enim fere saeculum illud Ioannis Tzetzae[3] metrica in Hermogenem scholia condita sunt; aliquanto deinde postea commentarius conscriptus est, cuius auctor laudatur Gregorius metropolita Corinthi[4]; tertio decimo denique saeculo exeunte vixit Maximus Planudes,[5] cuius commentarii sicut Tzetzae scholia totam complectuntur artem rhetoricam. Apparet igitur librum *περὶ μεθόδου δεινότητος* vetustioribus commentariis plane fere esse destitutum. Accedit quod paucae illae adnotationes, quibus Maximus Planudes partem extremam instruit, cum e scholiis Parisinis nobis servatis sint compilatae, vix aliquo numero sunt, neque Tzetzae *φλυαροστιχιδίοις* (cf. Walz VII. 1098), quamvis non plane sint neglegenda, multum tribuendum est. Commen-

[1] Cf. Walz IV p. V.

[2] Walz VII, 104—1087; cf. praef. p. III.

[3] Cramer Anecd. graec. Oxon. IV, 1—148. cf. Giske de Joannis Tzetzae scriptis et vita p. 65.

[4] Walz VII. 1088—1352; tribus locis Tzetzae in Hermogenem laudantur scholia.

[5] Walz V. 232—576. Cf. M. Treu in editione sua epistularum Maximi Planudis (Vratisl. 1890) p. 193, de qua disputavit Draeseke in Hilgenfeldi Zeitschr. f. wissensch. Theol. XXXIV, p. 247 sq.

tarius Gregorianus, in quo extrema sola rhetoricae pars tractatur, nobis ut ita dicam unus instar omnium est. Fortasse igitur non inutile est inquirere quae in hoc commentario vetustiorum commentariorum vestigia deprehendi possint.

Sed priusquam quaestionem hanc aggrediamur, de commentario ipso pauca nobis sunt dicenda.

Alteram vel potius plane novam commentarii Gregoriani editionem praebet Walzius (rh. gr. VII, 1088—1352). Reiskio enim, a quo editio princeps curata est (orat. graec. VIII, 877 sqq.), unus tantum codex (Monacensis saeculo XVI scriptus) praesto erat; in codicibus autem a Walzio praeter Monacensem adhibitis[1] recensio apparuit codicis Monacensis recensione multo

[1] Cf. Walz VII, 1088 sq. Codices vetustissimi sunt cod. Mediceus Plut. XVI, 5 (Med. 1 apud Walzium) et cod. Mediceus Plut. LVII, 5 (Med. 2) saeculo decimo quarto scripti. Codex Med. 1 praeter scholia nonnulla marginalia ex uberiore, ut videtur, commentario adscripta recensionem exhibet eandem, quam codice Monacensi usus edidit Reiskius; in codice Med. 2 uberior exstat commentarii Gregoriani recensio. Neque vero his codicibus, quamvis ‚optimae sint notae', nititur editio Walziana: fundamentum eius est cod. Vindobonensis saec. XVI ex codice Mediceo 2 transscriptus, secundum locum tenet cod. Monacensis, ipsi autem codices Medicei a p. 1100 ‚nonnisi in locis dubiis' — re vera ne in his quidem! — sunt adhibiti. Hic illic supervenit varia lectio codicis Parisini 2977, cuius scholia marginalia omnia fere in commentarium uberiorem recepta sunt. Contextus igitur Walzianus maximam partem ex comparatis codd. Vindobonensis et Monacensis lectionibus, permultis locis ex solo codice Vindob. ortus est. Initio duo praeterea codices: Ambrosianus S. 90 et Taurinensis CCXXVI in censum veniunt, qui quamvis brevissimi sint (cf. Walz p. 1107) et „infima aetate" scripti minime sunt neglegendi. Walzius, qui non satis respexisse videtur quae inter singulas recensiones intercederet ratio, his codicibus et codici Monacensi parum, codici Vindobonensi nimium tribuit auctoritatis; quamobrem falso saepius codicis Vindobonensis lectiones potiores sunt habitae et ubi solus codex Vindobonensis adhibitus est, multa librariorum vitia non sunt sanata. Liceat igitur, quaestione, quae nobis est proposita absoluta, eos in brevi conspectu ponere locos, quos emendare conatus sum.

amplior, ita ut dimidiam vix commentarius Reiskianus Walziani efficiat partem. Num igitur epitomen edidit Reiskius commentarii qualis exstat apud Walzium? Walzius ipse hoc affirmat (p. 1088). Sed aliter res se habet: codicis Monacensis recensionem (rec. *M*) epitomen esse negari non potest, neque vero epitome est recensionis uberioris qualem praebet codex Vindobonensis (rec. *V*), sed recensionis vetustioris et multo brevioris (rec. *A*). Hoc ea potissimum re evincitur quod permultis locis, quae in codice Monacensi non exstant partes aperte additamenta sunt recensionis uberioris *(V)*, quae in recensione *A*, ex qua recensio *M* profecta est, aut omnino non exstabant, aut in margine erant adiectae. An fieri potuit, ut eae ipsae partes, quae e scholiis Parisinis in commentarium uberiorem sunt receptae, ab auctore recensionis *M* mero casu omnes omitterentur? Non mero casu, dixerit aliquis, sed consulto partes illae sunt omissae, quippe quae fere omnes sub verbis legantur velut *εἰς τὸ αὐτό, ἄλλως, ἔτι, πάλιν*. Sane, fere omnes; sed quomodo explicabis, quare exempli causa ex iis quae leguntur p. 1174 sq. littera *ξγ'* media inter litteras *ξβ'* et *ξδ'* (e scholiis Parisinis depromptas) posita sit recepta, illae antem neglectae? Vel qua de causa p. 1152—55 codex Monacensis nihil ‚omittat' nisi ea quae etiam in scholiis Parisinis[1] inveniuntur? Causam afferre non poteris nisi concedes scholia Parisina additamenta esse recensionis uberioris. Multa deinde hic illic nobis occurrunt exempla quae idem demonstrant quod scholia Parisina; duo hoc loco afferre sufficiat quae exstant p. 1243: v. 8—12 explicatur, quid sit *περίοδος*[2]; apparet autem haec verba in codice Monacensi omissa merum esse glossema; quae enim sequuntur *οἱ δὲ τοῦτο λέγοντες οὐκ ἴσασι, τίνα τὸ ὑπερ-*

[1] Etiam littera *μγ'* — Walzius hoc non annotat — e scholiis Parisinis deprompta est! cf. Walz V, 572, 15 sqq.

[2] *Ἔστι δὲ περίοδος, ὡς μεμαθήκαμεν, περικοπὴ λόγου — — — ἢ κατὰ τὸν Ἑρμογένην* (W. III, 153, 5—7) *σχῆμα αὐτοτελές κτλ.*

βατὸν τὴν χρείαν παρέχεται verba excipiunt *ὑπέλαβόν τινες, φησί, τῶν νεωτέρων σοφιστῶν τὸ ὑπερβατὸν σύνθεσιν εἶναι κτλ.* (v. 6—8). Paulo inferius (v. 18 sqq.) Hermogenis de *ὑπερβατοῦ* vi laudatur sententia e libro *περὶ ἰδεῶν* (Walz III, 287, 11 sqq.) sumpta: *καὶ τὸ ὑπερβατόν, εἰ μὴ κατὰ παρένθεσιν γένοιτο, ἀλλὰ καθ' ὑπέρθεσιν — κάλλος ποιεῖ* pergit codex Monacensis (cf. adn. 5) ut exstat apud Hermogenem, in codice autem Vindobonensi, quem Walzius secutus est, pro verbis *κάλλος ποιεῖ* sequitur *ὅταν λέξις ὀφείλουσα πρὸ δύο ἢ τριῶν ἢ καὶ ἐπέκεινα λέξεων τεθῆναι ὕστερον τεθῇ*. Minime haec sunt Hermogeniana, sed glossema ad *ὑπερβατὸν καθ' ὑπέρθεσιν* illustrandum in margine olim adscriptum atque simili e fonte petitum, quo anonymus libelli *περὶ σχημάτων* auctor (W. VIII, 617 sqq.) usus est.[1] Accedit quod etiam verba sequentia *οἷόν ἐστι τὸ . . . ἠρημένος* ex Hermogene sumpta sunt: glossemate igitur illo verba genuina loco sunt mota, verba non separanda dirempta.

Iterationes[2] quibus recensio *V* abundat in recensione *M* inveniuntur fere nullae; etiam digressiones[3] quibus illa indulget hinc abesse solent. Meliore iam obici possit iure partes illas consulto ab epitomatore esse omissas. Neque vero eorum quae hucusque exposita sunt ratione habita rem ita se habere verisimile est. Equidem eas quoque partes uberioris recensionis additamenta esse crediderim, quin etiam contenderim recensionem *A*, ex qua recensio *M* fluxit, ipsa hac recensione non multo fuisse ampliorem. Quae coniectura etiam ea re mihi confirmari

---

[1] W. VIII, 644, 2—5 *καὶ τὸ μὲν καθ' ὑπέρθεσίν τ' ἐστιν, ὅταν λέξις τεθῇ ἐν τέλει ὀφείλουσα πρὸ δύο ἢ τριῶν λέξεων τεθῆναι.*

[2] Locos intellego ubi (plerumque sub vv. *εἰς τὸ αὐτό, ἔτι, πάλιν, ἄλλως*) loci Hermogeniani iam tractati iterum tractantur nec non et partes illas, quae ad verbum fere inter se consentiunt.

[3] Cf. p. 1119, 9 sqq. *(ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος περὶ τῶν παρὰ Ἀττικοῖς δικῶν, οὐκ ἄκαιρον καὶ ἄλλων τινῶν τοιούτων ὀνομάτων ἐπιμνησθῆναι)*; 1133, 9 sqq. 1252, 25 sqq. 1266, 11—1268, 5 etc.

videtur, quod recensio *M* (quod totam attinet indolem) ‚ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους' plane fere sibi constat, sub finem autem prorsus interdum cum recensione *V* consentit, cuius rei manifesta sunt testimonia capita XX, XXI, XXIII—XXV, XXX, XXXII, XXXV, XXXVII, ubi praeter paucas varias lectiones — codicis Monacensis lectiones praestare solent — nulla exstat discrepantia. At commentarius uberior speciem praebet adeo inaequalem, ut quinta fere totius operis pars (pp. 1090—1139) tria tantum priora Hermogenis complectatur capita (W. III, 402—405).

Certis autem finibus recensio illa vetustior *(A)* quantum video vix circumscribi potest. Etiamsi enim inter ea quoque capita, ubi recensio *V* textum praebet recensione *M* multo ampliorem, compluria[1] sint, in quibus ipsa recensio *M* sine dubio uberioris commentarii est fundamentum, negari non potest commentarii uberioris verba interdum fontem esse brevioris commentarii.[2] Compluribus deinde locis dubium est sitne uberior codicis Vindobonensis textus in codice Monacensi contractus an codicis Monacensis verba in codice Vindobonensi amplificata.[3] Hoc

[1] E. gr. breviter eas perlustremus capitis VIII (p. 1175—1186) partes, quae in codice Monacensi sunt ‚omissae'. Littera ξς' (p. 1176, 14—1177, 14) nova prodit ad verba iam tractata scholia (1177, 9—14 scholium est Parisinum). Verba 1179, 2—23, 25—1181, 17 ex Demetrii *περὶ ἑρμηνείας* libro (qua de re postea p. 14 sqq. accuratius nobis erit dicendum) sunt profecta; quae autem exstant p. 1182, 4—1185, 25, ut verba docent Hermogenis in iis tractata, ex aliis commentariis sunt deprompta: aut enim iam sunt explicata (*τῶν δὲ ἐπαχθῶν κτέ* p. 1185, 5 cf. 1181, 28; *καὶ πάλιν παρὰ πόδας* p. 1182, 4 cf. 1181, 23) aut alio loco erant explicanda [e. gr. interpretatio *εἰς τὸ παράδειγμα τῶν μὲν αἰσχρῶν κτλ.* (p. 1182, 19 sqq.) rectius legeretur p. 1179 ante ‚*τῶν δὲ λυπηρῶν*' cf. Hermog. W. III. 410, 9]. Quae deinde sequuntur usque ad finem capitis certe ex eodem fonte sunt profecta, qui antea adhibitus est. cf. etiam caput V.

[2] E. gr. verba 1187, 21 sqq. cum antecedentibus arctissime sunt coniuncta!

[3] p. 1231 scholia exscripta sunt homerica; cod. Monacensis ex iis nil praebet nisi verba *τὸ δὲ ἐπιτηδὲς ὀξυντέον, ἀπὸ τοῦ ἐπιτηδεῖς γάρ.* Integrum hoc est scholium homericum quod aliis intermixtum in commen-

autem pro certo affirmari potest: uberiorem commentarium amplificationem vel retractationem brevioris esse recensionis (*A*) recensione *M* non multo amplioris.

Quae cum ita sint, dubium esse apparet, quatenus commentarius Walzianus a Gregorio ipso sit profectus. Estne Gregorius auctor recensionis *A*, retractatio autem ab anonymo aliquo facta? An ipsa retractatio Gregorio, fundamentum autem, quo ille utebatur, anonymo alicui debetur? An cogitari potest Gregorium et brevioris et uberioris recensionis esse auctorem? Quam plurimos conquisivi locos huic quaestioni solvendae aptos, neque vero res ad liquidum perduci posse videtur. Quaestio enim per se difficilis ad disceptandum ea re fit difficilior, quod, ut postea videbimus, etiam brevioris commentarii auctor scholiorum potius praebet collectionem quam interpretationem ex suo ipsius ingenio profectam. Haec autem forsitan a vero proxime absint: Gregorius Hermogenis *περὶ μεθόδου δεινότητος* librum interpretans primum conscripserat commentarium recensione *M* non multo ampliorem; huic deinde commentario in margine (p. 1115!) adscripsit quas singulis locis discipulorum in usum[1] proferre solebat explicationes vel digressiones nec non et aliorum rhetorum interpretationes. Omnia denique a discipulo aliquo magis industrio quam diligenti unum in corpus redacta sunt, qua in re ille nescio an de suo[2] nonnulla

tario uberiore s. v. *εἰς τὸ αὐτό* legitur omisso *γάρ* (v. 25 sq.) cf. Dindorf schol. in Iliad. 3 p. 34 (ad vers. *A* 142). Quid indicabimus? cf. praeterea p. 1241, 1246, 1255 etc.

[1] Cf. p. 1119, 11 sq. (vid. p. 5 adn. 3) *ἴσως γὰρ ἐντυχόντες αὐτοῖς ἀλλαχοῦ χάριν τῷ λόγῳ τούτῳ εἴσεσθε.* p. 1128, 13 sqq. *ἐβουλόμην τούτῳ καὶ ἕτερα ἁρμονικὰ θεωρήματα ἐπισυνάψαι, ἀλλ' ἐπεὶ ἱκανὰ καὶ ταῦτα ἀποπλῆσαι τὰς τῶν νέων ψυχάς . .* 1267, 32 sq. *ταῦτα οὐκ ἀλόγως διῆλθον, ἀλλ' ἵνα . . . . προσεκτικοὺς τοὺς φιλομαθεῖς ἀπεργάσωμαι.*

[2] E. c. p. 1094, 5 *βαρβάρους, ὡς οἶμαι, τοὺς ἄλλους πάντας πλὴν τῶν Ἑλλήνων καλῶν* quae inserta sunt verbis ex Eusebii praepar. ev. sumptis. cf. etiam p. 1101, 1—7 (not. 21).

apposuerit et hic illic quae magister breviter significaverat[1] accuratius exsecutus sit. Si ita fere uberior cod. Vindobonensis recensio, quam exhibet Walzius, orta est, neque adducimur ut Gregorio aut totum commentarium breviorem aut recensionis uberioris explicationes et digressiones abiudicemus neque in Gregorium causa confertur quod brevioris commentarii amplificatio ita neglegenter[2] saepius facta est, ut ne sensus quidem ratio sit habita. Porro explicari potest, quare codicis Monacensis verba, ubi compluria conferuntur in eundem locum Hermogenianum scholia, secundo[3] interdum legantur loco in codice Vindobonensi.

Commentarius Gregorianus, qualis nunc exstat apud Walzium, aliquantum temporis post Tzetzae in Hermogenem scholia quippe quae tribus locis laudentur, conscriptus est. Num inde de Gregorii nostri aetate quidquam colligi possit, in suspenso relinquere malim, cum in codice Monacensi loci illi non inveniantur. Neque ea ex re, quod Eustathius in commentariis in Homeri Odysseam scriptis ad Gregorii scholia Hermogeniana[4] et eius librum dialecticum[5] respicere

[1] Eos potissimum intellego locos ubi scriptorum loci ab Hermogene exempli causa allati fusius exscribuntur cf. p. 1222 sq. 1246 sq.

[2] Vid. p. 5. cf. p. 1101, 1—6 ubi codicis Monacensis lectio (adn. 21) integra fere in textum est recipienda pro cod. Vind. verbis glossematis plane depravatis.

[3] Cf. p. 1096, 8 sqq. Hoc demum loco scholium habemus e recensione *M* petitum, quod cum in scholium desinat paulo ante (1096, 1 sqq.) allatum, a scholiasta non integrum est exscriptum (v. 12 *καὶ καθεξῆς ὡς προσεχῶς προεγράφη*). Quare Walzius p. 1093, n. 9 adnotare debebat: ‚*καιροῦ δέ* (1093, 19) — — — *Ἄλλως* (p. 1096, 8) Mon. et Med. 1 om.' atque huc (p. 1096, 8 sqq.!) varias deferre lectiones.

[4] Cf. commentarium ad Od. *τ*. 247 (p. 1864 sqq.) ubi de Eurybate nonnulla proferuntur: *καὶ ἔστι τις αὐτοῦ* (sc. *Εὐρυβάτου*) *μνήμη καὶ ἐν ἐξηγήσει τῶν εἰς τὸ τέλος τοῦ Ἑρμογένους* (cf. Gr. p. 1277, 16 sqq.)

[5] l. l. p. 1474 (ad Od. *γ*. 332) laudatur *ὁ γράψας ἐν τῷ περὶ πέντε διαλέκτων ὅτι γλῶσσά ἐστιν ἰδίωμα διαλέκτου*, quod errore lapsus scripsisse videtur Eustathius, cum ei in animo essent verba: *διάλεκτός ἐστιν ἰδίωμα γλώσσης* qualia leguntur in Gregorii nostri *περὶ διαλέκτων* libro (p. 3 ed. Schaefer; cf. quae Koenius dicit praef. p. XIV.)

videtur, certi quidquam concludi potest, quod nihil impedit, quin fontes librorum illorum Eustathio praesto fuisse coniciamus. Plus valet, quod Gregorius Leone Allatio teste[1] in libro *περὶ συντάξεως λόγων*[2] inter iambographos *νεωτέρους* laudat *τὸν Πτωχοπρόδρομον* (Theodorum Prodromum) qui Ioanne Comneno (1118—1143) imperante floruit.[3] Bene ad hoc quadrat, quod idem Leo Allatius[4] codicem Vaticanum, cui Gregorii inerant Canticorum (Cosmae monachi, Ioannis Damasceni aliorum) enarrationes, anno 1225 a Leone Rhegino calligrapho exaratum esse nobis testatur. Vixit igitur Gregorius noster sub annum 1200 atque ille *ὁ Κορίνθου*[5] fuisse videtur, qui in concilio[6] aderat metropolitarum ab Isaacio Angelo imperatore convocato.

Sed videamus nunc quae in commentario Gregoriano vetustiorum commentariorum vestigia deprehendi possint. Duo potissimum ad hanc quaestionem persolvendam nobis praesto sunt adiumenta: alterum ipsa commentarii Gregoriani suppeditat indoles, alterum commentarii in librum *περὶ μεθόδου δεινότητος* praeter Gregorianum nobis servati (cf. p. 2). E quibus Tzetzae *φλυαροστιχίδια*, quae usui nobis erunt exspectatione multo maiori, inprimis sunt respicienda. Scholia enim Parisina, quippe quae ipsa maximam partem commentario nostro inserta sint, adeo cum eo sunt coniuncta, ut de eius indole vix verba fieri possint quin

---

[1] Diatrib. de Georgiis Fabric. bibl. graec. ed. Harless X. 603. cf. etiam Koen. l. l. p. XIII.

[2] Gregorii *περὶ συντάξεως λόγων* liber et scripta eius ecclesiastica publici iuris non sunt facta.

[3] Cf. Krumbacher Gesch. d. byz. Litt. p. 359.

[4] Diatrib. de Georg. Fabr. bibl. graec.[2] XII, p. 127. cf. etiam le Quien or. christ. II, p. 165 c. XXVII.

[5] Cf. titulum sub quo initium commentarii plenioris exstat in codice Vaticano: *τοῦ Κορίνθου εἰς τὸ περὶ μεθόδου δεινότητος ἐξήγησις* (Walz VII, 1089).

[6] Cf. le Quien l. l. c. XXVIII.

illorum mentio fiat. Maximi autem Planudis adnotationes excerpta sunt scholiorum Parisinorum. Quamobrem primo loco mihi inquirendum esse videtur quid ipse commentarius Gregorianus una cum scholiis Parisinis ad quaestionem nostram expediendam conferat, deinde quid ex Gregorii et Tzetzae commentariis comparatis colligi possit.

I.

Quae in universum commentarii Gregoriani sit indoles, satis iam elucet ex iis, quae antea (p. 3 sqq.) exposita sunt; quorum summa haec erat: „commentarius uberior qualis exstat apud Walzium amplificatio vel retractatio brevioris est recensionis *A* recensione *M* non multo amplioris“ (cf. p. 7). Variis[1] autem ex fontibus amplificatio illa profecta est: veterum technologiae[2] adhibitae sunt, loci quos Hermogenes exempli causa affert, accuratius — multis locis una cum scholiis[3] et argumentis[4] — exscribuntur etc. etc.

---

[1] Qua commentarius Gregorianus est indole, singulo quoque loco dubium esse apparet sitne fons ab auctore amplificationis allatus re vera ab eo adhibitus; exempli causa omnia quae p. 1094 sq. ex Platonis Cratylo afferuntur ex Eusebii praeparatione evangelica hausta sunt.

[2] E. g. libelli *περὶ τρόπων* (p. 1250), *περὶ σχημάτων* (p. 1243 cf. p. 9); libri dialectici (p. 1137, 38), harmonici (1127 sq.) Loci qui ex Demetrii *περὶ ἑρμηνείας* libro et Apsinis arte rhetorica (auctoribus non nominatis!) deprompti esse videntur, ut postea videbimus, ex anonymi alicuius, qui libros illos exscripsit, commentario profecti sunt.

[3] Cf. p. 1222, 11—1224, 4 (1223, 24: *ταῦτα μὲν τὰ Πλατωνικά· ἐπεὶ δέ τινα δέονται σαφηνείας . . . ἐροῦμεν*) et p. 1237, 10—1240, 2 (1238, 19 sq.!): utroque loco interpretatio verbis Platonicis adiecta scholiis nititur Platonicis. cf. praeterea p. 1245, 16—1246, 3 (versus ex Homeri Odyssea allati una cum quaestione Porphyrii: cf. Schrader Porphyrii quaestionum hom. in Od. pert. rell. pp. 98 et 207) et p. 1334, 12—1337, 3 (Aristophanis vesp. 13 sqq. cum scholiis).

[4] Cf. p. 1193, 15—1195, 12; 1197, 23 sqq.; 1221, 10 sqq.

Nullo vero ex fonte tantum recensioni illi breviori obtigit incrementum, quantum ex vetustioribus in librum *περὶ μεθόδου δεινότητος* scholiis.

Optime hoc docet exemplum scholiorum quae codicibus Parisinis 2977 et 1983 in margine adscripta sunt. Haec enim scholia[1] omnia fere commentario nostro inserta sunt, ita ut Walzius (paucis exceptis quae ad Maximi Planudis commentarium translata sunt) typis ea imprimenda curare supersederit et varias ubi exstant lectiones in adnotationibus commentario Gregoriano subiectis proferre satis habeat. His autem locis scholia illa inveniuntur:

p. 1092, 11—20[2] cf. Walz V, 563, 5—13.
1092, 20—1093, 2[2] cf. Walz V, 562, 5—63, 5.
1093, 6—8[2] cf. Walz V, 563, 18—64, 1.
1095, 15—20[2] *(ἔτι)* cf. Walz V, 566, 1—5.
1096, 13—1097, 12[3] *(εἰς τὸ αὐτό)*.
1112, 2—5.
1118, 24—27 *(ἄλλως εἰς τὸ αὐτὸ ἑτέρου)*.
1128, 22—28 *(ἔτι)*.
1131, 5—8 *(αὖθις)*.
1132, 26—29 *(ἔτι)*.
1138, 30—1139, 2 *(ἔτι)*.
1139, 13—1140, 12.
1143, 1—10.
1151, 19—1152, 13 *(εἰς τὸ αὐτό)*.
1153, 3—16.
1154, 1—14.
— 15—18[2] cf. Walz V, 572, 15—573, 1.
1156, 20—22[2] „ „ „ 573, 1—3.
1161, 23—1162, 11.
1169, 3—17.

---

[1] Scholia maiora intellego cf. Walz V, 562.

[2] Hos quoque locos in codice Parisino exstare Walzius adnotare neglexit, quamvis ex parte ex ipso codice illo in Maximi Planudis commentarium sint recepti (!) cf. Walz V. 572 not. 17.

[3] Vid. p. 12, adn. 1.

1174, 1—1175, 2.
1175, 12—18.
1177, 9—14 *(ἔτι)*.
[1250, 1—12[1]].
1277, 3—15.

Multa praeterea scholia ex aliis commentariis hodie deperditis deprompta ad commentarium breviorem augendum adhibita sunt. Inprimis hic in censum veniunt partes illae, ubi (ut in scholiis Parisinis fieri solet) loci iam tractati iterum tractantur.[2] Quae partes in codice Monacensi ‚omissae' plerumque sub vocibus *ἄλλως, εἰς τὸ αὐτό, εἰς τὸ αὐτὸ ἑτέρου (ἐξηγητοῦ), ἔτι, πάλιν, αὖθις*,[3] interdum sine ulla nota nobis occurrunt. Sed etiam ex iis, quae non ad locos in codice Monacensi explicatos pertinent, haud pauca ex iisdem commentariis originem duxerunt, quibus iterationes illae debentur. Hoc non solum docent scholia Parisina (cf. pp. 4 et 11), sed etiam fragmenta

[1] Duobus locis (p. 1096, 13 sqq. et p. 1250, 1—12) codex quoque Monacensis scholia Parisina recepisse videtur. Quae si ita essent, irrita essent quae hucusque de scholiis Parisinis exposita sunt. Neque vero res ita se habet: p. 1096, 13 sqq. Walzius errore lapsus est; quamvis enim nota illa ‚Mon. om.' sit omissa, quin etiam codicis Monacensis nobis suppeditetur varia lectio (ann. 52: Mon. *ἑτέρου;* legendum esse videtur Vind.), locus ille in codice Monacensi omnino non exstat. cf. Reiske orat. graec. VIII, 884. p. 1250 autem locum habemus Thucydideum in codicem Monacensem certe non ex codice Parisino receptum cf. adn. 37: Mon. addit (!) etc.

[2] Ubi partes illae ad verbum fere cum codicis Monacensis scholiis consentiunt, antiquissimorum certe scholiorum (quae in margine codicum ad Hermogenis textum erant adscriptae) nobis praesto sunt fragmenta, ex quibus velut ex communi fonte interpretes haurire solebant. Neque tamen, cum vetustiorum commentariorum vestigia deprehendere nobis in animo sit, separatim de iis agere in rem esse videtur.

[3] Ita interdum scholia cum scholiis conglutinata sunt, ut apud Walzium quidem novi scholii initium non appareat; exempli causa p. 1103, 17 puncto post *τεχνικῷ* posito est legendum: *Καὶ αὖθις · διάφορον δέ, οἷον δημηγορεῖν τὸ ἐν δήμῳ ἀγορεύειν, ἰδίᾳ δὲ τὸ κεχαρισμένα λέγειν* (hucusque lemma Hermogenianum! cf. W. III, p. 402, 9 sq.)

commentarii, quo amplificator ille praeter scholia Parisina inprimis usus esse videtur.

Huius commentarii vestigia initio capitum II, III, V, VI, VII sub vocibus *εἰς τὸ αὐτό, ἔτι, ἄλλως* apparent (cf. pp. 1111, 1134, 1146, 1159, 1168). Partes illas ex eodem profectas esse commentario ipsa iam demonstrant argumenta quae in fronte eorum posita sunt. Cum enim codex Monacensis a verbis ordiri soleat velut: *μέθοδον ἡμῖν . . . παραδίδωσι* (p. 1110, adn. 1) *μέθοδον . . . δίδωσι* (p. 1145), *μέθοδος . . . παραδίδοται* (p. 1210), illae uno quoque loco incipiunt: *ἐνταῦθα διδάσκει* (*πόσαι καὶ ποῖαι μέθοδοι εὑρέσεων . . .* II p. 1111, *κατὰ πόσους τρόπους γίνεται . . .* IV p. 1134, *κατὰ πόσα καὶ ποῖα γίνεται . . .* V p. 1146, *πόσαι καὶ ποῖαι . . . θεραπεῖαι . . .* VI p. 1159, *κατὰ πόσους καὶ ποίους τρόπους* VII p. 1168). Commentarii autem, ex quo hi loci sumpti sunt, auctor homo haud indoctus fuisse videtur, qui non modo scripturam sacram bene cognitam habebat (cf. p. 1135, 10 sqq., 1159, 22), sed etiam in veterum technologiis satis erat versatus. In iis enim quae p. 1159 sqq. proferuntur p. 1160, 5 sqq. Aristarchi[1] de verbo *αὐθαδων* pronuntiando vituperatur sententia, in sequentibus autem Demetrii *περὶ ἑρμηνείας*[2] liber est adhibitus, neque vero

[1] Suo iure anonymus noster (regulam illam vulgarem, ut videtur, secutus qua adiectiva barytona in *-ης* exeuntia, dummodo sint composita, in genitivo pluralis syllabam paenultimam acuunt) Aristarchum castigat, quod *τὸ αὐθαδων περισπωμένοις* adnumerat; formam enim genitivi pluralis esse *τῶν αὐθάδων*. Quamobrem omnibus locis non cum Walzio *αὐθαδῶν*, sed cum codice Vindobonensi *αὐθάδων* scribendum esse censeo.

[2] p. 1160, 17—25 cf. Dem. *περ. ἑρμ.* capp. 86—88 (W. IX. 42, 4—43, 6)
—, 25—30 „ „ c. 84 (p. 41, 8—15)
—, 30—1161, 6 cf. D. c. 78 (p. 38, 20—39, 8)
1161, 6—11 „ „ „ 83 (p. 40, 21—41, 6)
p. 1161, 5 sq. gubernatoris et imperatoris partes inter se commutat anonymus noster; deinde v. 10 sq. pro verbis *πλὴν εἰ μή τις ἄρα ἀπολογοῖτο ὑπὲρ [τοῦ] Ὁμήρου λέγων, ὡς οὕτως ἤχησε μέγας οὐρανός, ὡς ἄν ἠχήσειε σαλπίζων ὅλος οὐρανός* (cf. Spengel rhet.

singuli loci stolide sunt exscripti, sed dextere sane ex diversis Demetrii partibus collecti, in brevius contracti atque inter se et cum antecedentibus coniuncti. Complures praeterea in recensione uberiore inveniuntur partes ex Demetrio profectae, quae eodem iure huic commentario vindicandae sunt. Nam illae quoque diligenter hinc illinc sunt collectae atque in unum corpus redactae et auctorem produnt, qui Demetrii librum penitus cognitum habebat. Exemplar antem Demetrii haud contemnendum anonymo nostro in manibus fuisse videtur, cum saepius commentarius Gregorianus lectiones praebeat meliores illis quae in Demetrii libri codicibus inveniuntur. — Hos igitur locos commentario laudato attribuerim:

1) 1170, 3—24: A scholio Demosthenico[1] orsus tres Demetrii locos in usum suum convertit anonymus noster:
   a) v. 6—9 cf. Dem. c. 253/4 (p. 106, 11—15),
   b) „ 10—15 „ „ „ 241 (p. 102, 18—23),
   c) „ 18—23 „ „ „ 263 (p. 109, 9—13),
2) 1179, 2—24:
   a) v. 3, 4 cf. Dem. c. 289 (p. 118, 12, 13),
   b) „ 6—21[2] „ „ „ 292—294 (119, 14—120, 10, 120, 17—121, 6),
3) 1179, 24—1181, 17[3]:
   a) v. 24—29 cf. Dem. c. 241 (p. 102, 18—23),

gr. III, p. 281, 29) non male praebet: *πλὴν εἰ μή τις ὑπεραπολογεῖται Ὁμήρου, λέγων, ὡς οὕτως ἤχησεν, ὡς εἴ τις ἠχήσει σάλπιγξ.*

[1] *Ἐνταῦθα γὰρ ἐσιώπησε, τὸ μὲν ἵνα μὴ βλάφῃ μον λέγῃ . . . τὸ δὲ ἵνα μὴ πλείονα τῷ ἀκροατῇ παρεμβάλῃ* cf. schol. Demosth. ed. Dindorf p. 262, 30 sqq.: *τὸ σχῆμα ἀποσιώπησις, τὸ μὲν ἵνα μὴ δύσφημα . . . . τὸ δὲ ἵνα ὑπόνοιαν πλείονα κτέ*; apparet v. 6 pro *μή* legendum esse *ὑπόνοιαν*.

[2] v. 12 legerim: *μᾶλλον δὲ ζηλοτυπεῖ* (sec. Dem. pro *ζηλοτυπεῖν*) *ἐπαινουμένου τοῦ Γέλωνος, καὶ οὕτως* (pro *οὕτος* quod verbis aliter inter se connexis etiam legitur apud Demetrium) *ἐπαινεῖσθαι ὀρέγεται.*

[3] In codice Monacensi hoc loco legimus: *τῶν δὲ λυπηρῶν ὁ Δημοσθένης ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς·* (not. 24) quibus verbis bene se applicat scholium p. 1181, 17: *Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ Ὀλυνθιακοὶ καὶ Φιλιππικοὶ λέγονται οἱ λόγοι οὗτοι.* At in commentario uberiore verba illa *οἱ λόγοι οὗτοι* non habent quo referantur.

b) v. 29—1180, 11[1] cf. Dem. c. 288 (p. 117, 7—118, 8).
c) „ 1180, 11—20[2] cf. Dem. c. 289 (p. 118, 11—21),
d) „ — 20—1181, 1[3] cf. Dem. c. 216 (p. 93, 24—94, 13; 93, 21—23),
e) „ 1181, 2 cf. Dem. c. 282 (115, 6—11),
f) „ — 3—5 „ „ „ 243 (103, 3—5),
g) „ — 6—10[4] „ „ „ 283 (115, 12—18), (v. 11—13 cf. Hermog. W. III, 177)
h) „ „ 14—17 cf. Dem. c. 261 (108, 10—13).
4) 1189, 17—1190, 11[5] cf. Dem. capp. 61, 62 (p. 32.33).
5) 1213, 1—1214, 5[6] cf. Dem. capp. 54—58 (p. 29, 12—32, 6).

---

[1] v. 10 lege (sec. Dem.) *τοῦ πράγματος αὐτοῦ τὸ δεινὸν ἐμφαίνοντος* (pro *πράγματος, αὐτό . . .*)

[2] v. 20 legi malim *[κατ']* *ἐπίκρυψιν* (cf. v. 4 *ἐν σχήματι δὲ τῷ κατ' ἐπίκρυψιν*).

[3] Male apud Demetrium (c. 216) posita sunt verba *ἐλθὼν . . . ὁ ἄγγελος . . . λέγει, ὅτι ἀπέθανε Κῦρος παρὰ τὴν Παρύσατιν* · anonymum nostrum (cf. p. 1180, 20 *ἐλθὼν γὰρ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν Π.*) secutus legerim *ἐλθὼν ὁ ἀ. παρὰ τὴν Π.* p. 1181, 1 leg. *περιπλοκή* pro *περιβολή*.

[4] v. 7 post *ὦ ἄνδρες* ex Demetrio suppleverim *Ἀθηναῖοι*.

v. 13 leg. *ἔγνω με* (pro *μέν*).

[5] Quod codex Monacensis hoc loco breviter (p. 1189, not. 21) ea afferre videtur quae ex Demetrio profecta sunt, ea ex re explicandum est, quod brevioris recensionis auctor scholium exscribit loco illi homerico adiectum, anonymus autem noster Demetrio, qui ab eodem scholio orsus est, utitur.

p. 1190, 3 pro *ἑκάστων* leg. *ἕκαστον (κατὰ ἔπος ἕκαστον λαλουμένων)*. — Verba *ὅρα δὲ* etc. (v. 8 sqq.) ipsi interpreti debentur.

[6] p. 1213, 1 *ἁπλῶς δε εἰπεῖν* cf. 1181, 1.

v. 5 *δέ* delendum.

v. 19 leg. *εἰ γοῦν τὸν σύνδεσμον ἐξέλοις* (pro *ἐξέλῃς*), *συνεξαιρήσεις* (pro *συνεξαιρέσεις*) *καὶ τὸ πάθος*.

v. 22 sqq. commentarius Gregorianus pro Demetrii verbis *καὶ ποῖόν τί ἐστιν, ὡς αὐτός φησι, τὸ καί νύ κ' ὀδυρομένοισιν · ἔπρεψεν* (ita Spengel, Walz om.) *ἔμφασίν τινα ἔχον οἰκτροῦ ὀνόματος* lectionem praebet multo dilucidiorem: *τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεσημήνατο ἐν τῷ*

Καί νύ κ' ὀδυρομένοισιν ἔδυ φάος ἠελίοιο

ἔμφασιν γάρ τινα οἴκτου καὶ πάθους ἐνεδείξατο · (cf. Walz IX, 31, 11. Spengel III, 275, 25 sq.)

6) 1215, 2 sq., 24—1216, 18[1] cf. Dem. cap. 64 (p. 34) et capp. 12—15 (p. 9, 3—10, 17).

Sed non modo Demetrius, verum etiam Apsines anonymo nostro in manibus fuisse videtur. Duobus enim locis Apsines in commentario uberiore eodem modo quo Demetrius adhibetur, ita ut nonnulla ad verbum sint expressa, nonnulla haud inepte in brevius contracta. Primum locum[2] invenimus p. 1171, 2—18, quem anonymo illi attribuere eo minus dubito, quod paulo ante (p. 1170, 3 sqq. cf. p. 14) Demetrius adhibitus est. Altero loco (p. 1225, 5—1227, 5) verba ex Apsinis arte rhetorica[3]

---

[1] p. 1216 v. 2 leg. sec. Dem.: *οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι . . . γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται [καὶ] εἰσίν* pro *καὶ ἐμοί . . .*; alterum *καί* in codice Vindobonensi omissum unde sumpserit Walzius non video.

v. 14 leg. *δοκιμάζω μέν* (pro *δοκιμάζωμεν*).

[2] *Περὶ τῶν ἐσχηματισμένων προβλημάτων* inscribitur Apsinis libellus, quo aptissime hoc loco utitur anonymus noster exemplum afferens quo demonstretur praeteritionem recte *ἐν τοῖς ἐσχηματισμένοις προβλήμασιν* adhiberi (cf. Walz IX, 541, 8—542, 2 Spengel rh. gr. I, p. 412, 32—413, 21).

p. 1171, 13 post *μόνον δυνατὸν τῷ πλουσίῳ κατεργάσασθαι* ex Apsine (Speng. p. 413, 14) supplendum esse videtur *[τοὺς πολεμίους]*. v. 14 leg. *οὔκουν* (pro *οὐκοῦν*) *ὀνειδίζω τοῖς ἐκδεδωκόσι με* (pro *μέν*) *πρὸς σφαγήν* cf. Apsin. Sp. p. 413, 17: *ἀλλ' οὐδ' ὑμῖν ὀνειδίζω τοῖς δεδωκόσι μοι πρὸς τὴν τελευτήν.*

[3] Cf. Spengel I. 384, 30—388, 14; apud Walzium verba, ex quibus ea quae hoc loco in commentario Gregoriano inveniuntur, pendent, finem efficiunt Apsinis (IX, 532, 14—533, 22) et initium Longini artis rhetoricae (p. 543, 1—546, 15). Mirum enim in modum accidit, ut libri illi conglutinarentur; Ruhnkenius primus hoc intellexit neque vero postea consentiebant viri docti, quid Apsini, quid Longino esset tribuendum, dum codex inventus est, qui solum Apsinem continet (cf. Spengel I praef. XX).

Tribus potissimum locis utitur anonymus noster:

1) p. 1225, 5—1226, 12 cf. Sp. p. 384, 30—386, 23,
2) „ 1225, 12—24 . . „ „ „ 387, 21—32,
3) „ 1226, 24—1227, 5 „ „ „ 388, 8—14.

Exemplum autem Apsinis haud contemnendum ei praesto fuisse demonstrant commentarii Gregoriani lectiones, quae proxime ad ‚egregium' codicem Parisinum accedunt (cf. Spengel I, praef. XXIII).

hausta scholio uberiori adiecta sunt, quo copiosius illustrantur quae in codice Monacensi breviter (iisdem fere verbis quae leguntur p. 1227, 5 sqq.) sunt tractata. Optime haec in commentarium nostrum conveniunt, cuius auctor — ut ipsi iam docent loci ex quibus orsi sumus — studiis rhetoricis satis imbutus interpretationem confecerat ea quam praebet codex Monacensis saepius multo ampliorem (cf. p. 1158, 15—21 et p. 1159, 13—1161, 16). Omnia igitur quae exstant p. 1124, 5—1127, 5 anonymo nostro vindicaverim.

Quae ipso initio (1225, 5 sq.) leguntur ‚*εἰ ἐπὶ τέλει τοῦ λόγου τῇ ἀνακεφαλαιώσει δεῖ χρῆσθαι*' magis mihi arridet quam Apsinis: *εἰ ἐπὶ τέλους τῇ ἀ. δεῖ χρ. τῶν λόγων* (cf. v. 16 = Sp. 385, 20 *ἐπὶ τέλει τοῦ λόγου*; v. 19 = Sp. 385, 23 *ἡ μὲν ἐπὶ τέλει*).

v. 14 pro *μεμαθήκατε ἐκ τοῦ τετάρτου τόμου* (cod. Vind. *νόμου*.) est legendum *τοῦδε τοῦ νόμου* (fortasse librarius aliquis litteram *δ* notam numeralem esse putabat) vel *τοῦδε καὶ τοῦδε τοῦ νόμου*. cf. Sp. 385, 14.

v. 26 pro *τρόπους* cum Apsine legendum est *τόπους* cf. v. 14 = Sp. 385, 18 *τρεῖς οὖν ἔχει τόπους ἡ ἀνάμνησις*.

p. 1226, 1: *τὸ οὐκ ὂν εἰς τὸ δικαστήριον* codd. Walzii (IX, 543); melius Speng. 386, 9 *πρόσωπον παραγόμενον τὸ οὐκ εἰς τὸ δικαστήριον παρόν*.

v. 9 sq. variam habemus lectionem qua adhibita Apsinis locus sine dubio corruptus sanandus est: *πῶς τῶν στρατι[ωτ]ῶν ἁπάντων ἡγήσατο* (verbum *στρατιῶν* corrigendum, non *ἁπάντων*, pro quo Walzius scribit *ἁπασῶν*; de pugna enim Marathonia sola agitur), *πῶς τῆς νίκης γέγονεν αἴτιος, πῶς τῆς τῶν βαρβάρων φυγῆς*. Apud Apsinem enim (p. 386, 22 sq.) legimus: *πῶς δὲ τῶν στρατιωτῶν ἡγήσατο τῆς νίκης, τῆς φυγῆς τῆς τῶν βαρβάρων* · quae si tenemus, vis huic loco inest nulla. Verba igitur ‚*πῶς . . . γέγονεν αἴτιος, πῶς*' recipienda esse censeo, quae coniectura ea quoque re confirmatur, quod paulo post apud ipsum Apsinem (p. 387, 24—27) locus invenitur supra laudato simillimus: *Μιλτιάδης οὗτος ὁ στρατηγήσας τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης, ὁ τὴν νίκην παρασκευάσας τῇ πόλει, ὁ τοὺς βαρβάρους σφήλας τῆς ἐλπίδος*. Qui locus in codicibus deterioribus, quibus Walzius (IX, 545, 15 sq.) usus est, eodem modo quo ille qui antecedit depravatus est verbis *στρατηγήσας* et *ὁ* (ante *τὴν νίκην*) omissis. Etiam commentarius Gregorianus hoc loco (v. 16) lectionem praebet deteriorem.

Sed locus hic non modo propter Apsinem insignis est. Primum apparet auctorem recensionis *A* et anonymum nostrum communibus usos esse fontibus (quod ut postea videbimus, saepius factum est). Deinde ipsa verba, quae utriusque commentarii auctores eidem debent interpretis vetustioris scholio, docent interpreti illi hoc loco textum Hermogenis eo, qui nobis in manibus est, ampliorem praesto fuisse. Legimus enim (verbis utar codicis Monacensis[1]) . . . *ἑρμηνεύων δὲ Ἑρμογένης, τί ἂν εἴη τὸ ἄλλο τι, ὅπερ ὁ Πλάτων ἔφη, λύει λέγων · μήποτε ἄρα τὴν ἐπάνοδον καὶ ἀνακεφαλαίωσιν συλλογίσασθαί τινές φασιν.* Quae verba apud Hermogenem omnino non inveniuntur! (cf. Walz III, 416, 17; Spengel II, 436, 26). Quaestio enim illa, quid Platoni in animo fuerit cum diceret (Phaedr. p. 266 *D*) alios finem orationis *ἐπάνοδον*, alios aliter appellare non solvitur, sed tantum quomodo solvi possit, adumbratur; nam verba *καὶ ἄξιον ζητῆσαι τί ἐστι τὸ ἄλλο τι*[2] continuo excipit exemplum illud Demosthenicum *„συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι, Δημοσθένης φησί, τὰ κατηγορημένα“*. Quicunque opinione non praeoccupata hunc locum legerit, nescio an verba nonnulla desideraturus sit, quibus explicetur, quid inde sit concludendum. Quamobrem, nisi hunc locum inter eos esse censebimus, ubi Hermogenes *‚χρῆται καὶ αὐτὸς τῇ οὔσῃ δεινότητι, μὴ φαινομένῃ δέ‘* (cf. p. 1090, 13), post *τὰ κατηγορημένα* verba illa *‚μή ποτε ἄρα*

---

[1] Vid. p. 1224 ann. 23, 24 (cf. 1224, 5 sqq., 1227, 5 sqq.!) Codicis Monacensis varia lectio p. 1227 ad verba *Ἑρμηνεύων Ἑρμογένης κτλ.* adnotanda erat. Haec enim verba ex ipsa recensione breviore profecta sunt, quae hoc loco (ut pluribus locis, ubi anonymus noster interpretationem praebet uberiorem) secundo loco adhibita est. — cod. Monacensis lectionibus adhibitis p. 1227, 9 sq. legendum est: *συλλογίσασθαι βούλομαι, ἅπερ* (pro *ὅπερ*) *ὑπεσχόμην, ὅτι τὰ* (pro *τε*) *ψευδῆ ἀπήγγειλεν, ὅτι οὕτως* (pro *οὗτος*) *ἔπεισεν ὑμᾶς κτλ.*

[2] Ex memoria ut videtur Hermogenes Platonis affert verba cf. Phaedr. p. 266: *τὸ δὲ τέλος τῶν λόγων . . . ᾧ τινες μὲν ἐπάνοδον, ἄλλοι δὲ ἄλλο τίθενται ὄνομα.*

τὴν ἐπάνοδον καὶ ἀνακεφαλαίωσιν συλλογίσασθαί[1] *τινές φασιν*' supplenda esse videntur.

Iam fundamentum habemus, quo nixi disceptare possimus, quae praeterea partes in codice Monacensi ‚omissae' anonymi nostri commentario (brevitatis causa commentarium *P* eum appellare liceat) sint attribuendae. Eorum autem potissimum ratio habenda erit locorum, qui interpretationem exhibent uberiorem atque ex parte ad fontes redeunt similes illis quibus brevioris recensionis *A* auctor usus est. Quamobrem commentarius *P*, ut iam antea vidimus,[2] saepius ab auctore uberioris recensionis *V* potior est habitus, ita ut recensionis *A* verba secundo legantur loco aut plane sint obscurata. Locos proferam ordinem paginarum secutus; quae in antecedentibus anonymo nostro sunt vindicata, quo magis conspicuum sit quae commentario *P* debeantur, suo quoque loco repetam; non multa, ut ita dicam, restabunt *ἀδέσποτα*.

Ex ipso commentarii *P* initio sine dubio deprompta sunt quae (suo loco omissa atque in margine capitis alterius olim adscripta) p. 1115 sqq. s. v. *παρασημείωσις* leguntur. Denuo hic (ex parte iisdem fere verbis[3]) exponuntur quae initio commentarii Gregoriani iam sunt tractata; qua in re, quae illic ut sua profert recensionis *A* auctor, hoc loco aliis[4] interdum tribuit auctoribus anonymus noster. Exempla autem, quibus ad sententias

[1] Cf. p. 1224, 20 *καὶ καλεῖ* (sc. *ὁ Λιβάνιος*) *τὴν ἐπαναλεφαλαίωσιν καὶ ἐπάνοδον καὶ συλλογισμόν*.

[2] Cf. p. 18, adn. 1.

[3] Cf. v. 27—31: *καὶ ἡ πᾶσα σπουδὴ καὶ ὁ σκοπὸς τῷ τεχνικῷ ἐστιν ἐνταῦθα διδάξαι* (cf. p. 13!) etc. et p. 1090, 8—11: *σκοπός ἐστι* (ita cod. M.; cod. Vind. et Med. 2: *ἡ πᾶσα σπουδή ἐστι!*) *τῷ Ἑρμογένει διδάξαι ἡμᾶς ἐν τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ κτλ.* (cf. etiam p. 1116, 18—22, et p. 1090, 11—16).

[4] p. 1115, 9: *ἔστι δὲ μέθοδος δεινότητος κατά τινας μὲν ἔλλειμμα τῆς δεινότητος τῆς ἰδέας*, quibus respondent (v. 16) *κατά τινα[ς] δὲ (ὅτι) διδάσκει πάλιν περὶ μεθόδου τῆς δεινότητος τῆς κατὰ πᾶσαν ἰδέαν θεωρουμένης* cf. p. 1090, 16: *ἡ δὲ μέθοδος αὕτη ἔλλειψις τῆς δεινότητός ἐστι* (ita leg. cum codd. Mon. Vind.) Ea, quae in

illustrandas utitur, fere omnia profecta sunt ex scriptura sacra (p. 13!), quae ab illo saepius, ab auctore recensionis *M* perraro est adhibita.

Huic igitur loco (p. 1115, 9—1117, 16) sequentes subiungas quaeso:

1104, 7—1105, 30 *(πάλιν εἰς τὸ διάφορον κτλ)*. Scriptura adhibetur sacra (1105, 25); similia deinde iis quae p. 1104, 28 sqq. exponuntur invenies p. 1101 sqq.

1111, 1—1112, 2 cf. p. 13.

1113, 4 sqq. ex parte certe (fortasse usque ad p. 1114, 29[1]) ex commentario *P* profecta sunt. Ad verba enim ‚*μέθοδον διδάσκει τοῦ πότε δεῖ χρῆσθαι ἢ νομικῇ . . . λέξει, ὅτι ὅτε βουλόμεθα παραστῆσαι τὴν τοῦ προσώπου ποιότητα, οἷα ἐστί*‘ (v. 19—21) respicere videntur quae leguntur p. 1134, 25—28.[2] Accedit quod anonymus noster verba illa ‚*καὶ τοῦτο μέθοδός ἐστι δεινότητος*‘ (cf. v. 4, 9, 15, 24) in deliciis habuisse videtur (cf. p. 1113, 3; 1134, 21).

Quae ex sequentibus (pp. 1117—1134) huc pertineant, certis argumentis confirmari non potest. Forsitan haec sint (uncis inclusos et hoc loco et postea eiusmodi locos proponam):

[1117, 16—30; 1118, 13—27.]

[1122, 6—1123, 21 *(εἰς τὸ . . εἰσαγγελία καὶ ἡ φάσις ἐπιβολὴ ἐξηγήσεως.)*]

[1129, 29—1130, 18.[3]]

1134, 19—1136, 9 cf. p. 13.

[1137, 8—1138, 30.]

---

textum recipienda esse censeo, unoquoque loco uncis quadratis, quae delenda, uncis lunatis significavi.

[1] Verba *Ἤ καὶ τοῦτο κτλ.* (p. 1114, 29—1115, 4=1114, 3—9) non in textum erant recipienda! v. 4 pro *λέγειν* leg. *λέξιν*.

[2] *ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου ἐδίδαξε · πότε λέξει νομικῇ χρησόμεθα . . . ὅτι ὅτε βουλόμεθα τὴν τοῦ προσώπου ποιότητα παραστῆσαι, ἥτις ἐστίν.*

[3] p. 1129, 30 *ὅπερ ἡμεῖς φαμεν ὀκτάχορδον* cf. 1111, 16 *τουτέστι τὸ . . . . καλούμενον ὀκτάχορδον* (ita leg. pro *αὐτόχορδον*).

1139, 5—14. Argumentum, quo breviter, quid *ἐν τῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ διδάσκει* Hermogenes, exponitur, ex commentario *P* descriptum esse in aperto est.

1146, 19—1147, 10 cf. p. 13.

1148, 7—1149, 32 *(εἰς τὸ αὐτό)*. Idem exemplum ex Demosthene petitum usurpat anonymus noster, quod auctor recensionis *A* (p. 1148, 10—17 cf. p. 1147, 16—24); scholium deinde p. 1149, 25—28 exscriptum iisdem fere verbis legimus p. 1147, 24—28 neque abest locus scripturae sacrae (1149, 28).

1150, 2—27. Artissime quae hic leguntur cum antecedentibus sunt coniuncta: quae enim p. 1150, 5 de epichiremate et enthymemate dicuntur, continuant ea, quae p. 1149, 10 sq. exposita sunt. Deinde v. 16 quattuor esse enthymematis genera commemoratur: *(παραβολή, παράδειγμα, πλάσμα, εἰκών)* tria ex iis definiuntur *(παραβολή, παράδειγμα, εἰκών)*; quamobrem *πλάσματος* definitio est omissa? Rationem, ut mihi videtur, invenies p. 1149, 18 sqq.: *πλάσμα δέ ἐστιν κτλ.*

1156, 23—1157, 24.[1] Similia haec sunt iis quae legimus p. 1156 (1157, 14 sq. 17, 20 cf. 1156, 7—9, 18. 17). Praeterea 1157, 5—7 fere = 1152, 21—1153, 1.

1159, 13—1161, 16 cf. p. 13.

1163, 4—1165, 7[2]. Cum recensionis *A* auctor locum Platonicum ab Hermogene laudatum una cum

---

[1] p. 1157, 7 leg. *αὕτη δὲ τῶν* (pro *τὸν*) *πρός τι*. v. 8 sq. leg. *τοῦτο ἐπενθύμημά ἐστι δ* (pro *τό*) *οὐ δεῖ θρηνητικὸν λόγον λέγειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐγκωμιαστικόν* (pro *ἐγκωμιαστικούς*).

[2] p. 1163, 14 leg. *ἀγωνισταί, οἳ ἄν* (pro *ἀγωνίζεσθαι, οἷς*) cf. v. 25 *ἀγωνισταί, οἳ* (ita etiam hoc loco leg. pro *οἷς*) vid. Xenoph. Cyrop. I, 5, 11.

1163, 21 sqq. Ita fere verba sequentia pluribus locis corrupta restituenda esse videntur: *δεῖ δὲ ἡμᾶς, ὅταν λέγωμεν παράδοξά τινα, πρότερον πολλάκις ἐπάγειν αὐτοῖς τὰς κατασκευάς* (pro *αὐταῖς ταῖς κατασκευαῖς*, cf. p. 1159, 27 *τὰ .. παράδοξα, οἷς ἐπάγειν δεῖ ... οἰκονομίαν τινά* cf. etiam p. 1156, 23 sqq.) .... *ὅπερ ἐκεῖνος ἐποίησε προσθεὶς τὴν παραμυθίαν καὶ ἐπισυνάψας αὐτὴν πολλάκις ταῖς κατα-*

scholiis nonnullis exscribere satis habeat, anonymus noster primum Gregorii Nazianzeni,[2] quem penitus cognitum habebat, affert dictum illi Platonico simillimum, deinde exemplo ex Xenophonte allato copiosius, quomodo *τὰ τολμηρὰ διανοήματα παραμυθεῖσθαι* possint, demonstrat, qua in re etiam ad Aphthonium respicit. Verba p. 1164, 21—28 vetustiori debentur interpreti cf. p. 1165, 30—1166, 8. Finem totius scholii duo exempla faciunt ex scriptura sacra et Gregorio Nazianzeno sumpta.

1168, 16—1169, 2 cf. p. 13. v. 16—19 ex eodem hausti sunt fonte ex quo scholium initio capitis positum fluxit (cf. p. 1166, 19—1167, 1. Mon. om.!)

1170, 3—1171, 18 cf. pp. 14 et 16.

1176, 14—1177, 9: iterum illustrantur verba *τὸ περιπλέκειν*. v. 14—16 cf. 1175, 20 sqq.

1179, 1—1181, 17 cf. p. 14 sq.

Ex iis, quae p. 1182—86 leguntur, fragmentum illud ex Menandri *περὶ λόγων Δημοσθενικῶν διαιρέσεως* libello sumptum nescio an anonymo nostro debeatur [1184, 13—1185, 4].

1186, 16—1187, 2. Sub finem huius scholii, quo argumentum capitis IX exponitur, legimus: *ἔνθα μὲν οὖν ἔστι κατάδηλος ὁ καιρός . . . οὐ λέγει . . . ἔνθα δὲ ἄδηλός ἐστιν ὁ καιρός, διορίζεται*; quibus optime respondent, quae 1188, 11—18 sequuntur: *καὶ ἐνταῦθα παραδίδωσι τοὺς καιρούς* . . . Fortasse etiam verba sequentia:

σκευαῖς (pro verbis aperte corruptis: *προσθεὶς τὴν προτέραν καὶ μὴ συνάψας αὐτήν κτἑ*). p. 1163, 26 pro *ποιῆσαι* sine dubio legendum est *πονῆσαι*; apud Xenophontem hoc loco legimus *ἀργυρνῆσαι*, sed paulo ante: *ἦν δέ που πονῆσαι δέη*. — p. 1164, 24 leg. *προκατασκευήν* pro *πρὸς κατασκευήν* cf. p. 1166, 4.

[2] Quamquam etiam recensionis *M* auctor multis locis *τὸν θεόλογον* adit, tamen anonymus noster prae ceteris eum adamasse videtur: cf. p. 1228, 19 sqq. ubi Gregorius Platoni opponitur: *τοῦτο γὰρ σοφιστικόν ἐστι* (sc. *τὸ Πλατωνικόν*) *καὶ διαβάλλεται . . . . ταῦτα δὲ* (sc. *τὰ τοῦ θεολόγου*) *οὐ σοφιστικά ἐστι, κἂν δοκῇ τοῖς ἀμαθέσιν*.

[1188, 20—1189, 11] ex commentario *P* sumpta sunt,[1] cui debentur:

1189, [11] 17—1190, 11 cf. p. 15. Quod multis locis recensio *M* et commentarius *P* ad communes redeunt fontes ipsum quoque huius scholii initium anonymo nostro adiudicari possit (cf. p. 15 not. 5).

1202, 9—1205, 14. Argumentum capitis X a verbis incipiens: *ἐνταῦθα διδάσκει . . . καὶ πόσας καὶ ποίας ἡ πεῦσις ἔχει μορφάς* (cf. p. 13) nec non et verba illa *μέθοδος δὲ καὶ τοῦτο δεινότητος* (v. 7 cf. p. 20) satis iam demonstrant unde totum scholium sumptum sit.

Etiam postea 1206, 11—28 commentarium *P* exscriptum esse in propatulo est, cum ipsum huius capitis initium ei debeatur atque recensionis *A* in eundem locum scholium (p. 1206, 29—1207, 8) secundo sit positum loco. [1208, 9—1209, 8.]

1211, 15—1214, 5. ‚Fragmenta eorum, quae sub litteris *β'* (p. 1211—1214) et *γ'* (1214) proferuntur, codex Monacensis habet sub littera *δ'* post *οἱ παλαιοὶ διηρεμένην ὠνόμαζον*' cf. Walz p. 1211 not. 8. — Eorum quae hucusque exposita sunt ratione habita dubium non est, quomodo textus qualem praebet Walzius ortus sit. Litteram *β'*, quae etiam locum illum ex Demetrio profectum (1213, 1—1214, 5 cf. p. 15) complectitur, totam ex commentario *P* deprompsit uberioris recensionis auctor. Loco deinde Demosthenico paulo accuratius tractato codicis Monacensis adhibet recensionem[2] usque ad verba *οἱ παλαιοὶ διηρεμένην ὠνόμαζον,* ubi neglectis frustulis illis, quae ex

---

[1] Nisi ipsi Gregorio ista tribuere malis [cf. p. 1190, 17—1191, 5; v. 25: *οὐκ ἄκαιρον γὰρ περὶ τούτου εἰπεῖν καὶ οἷον ἡδυσμά τι* (pro *ἡδύσματι* cf. Schubart Jahrbücher d. Litt. 1838 vol. 84, p. 52) *τῷ λόγῳ ἐγκαταμῖξαι.* vid. p. 7, not. 1.]

[2] v. 2 sq. ex commentario *P* ad ‚*κύρτα, φαληριώντα*' adscripta sunt verba *τῇ ἐξαιρέσει τοῦ καὶ συνδέσμου μεγαλειότερα ἀπέβησαν . . . φαληριώντα.* Rectius secundum Demetrium (cap. 64, Walz IX, p. 34, 12) legeretur: *μεγαλειότερον ἀπέβη.*

fonte etiam ab anonymo nostro usurpato profecta sunt, denuo ad commentarium *P* se convertit:

1215, 2 sq., 24—1216, 18 cf. p. 16.

1218, 13—1219, 4. *(Διδάσκει ἡμᾶς ἐνταῦθα κτέ.)* Verba quae ab *εἰδέναι δὲ δεῖ* (v. 17) initium capiunt, similia sunt iis, quae leguntur in codice Monacensi (1218, not. 1), atque ad eundem redeunt interpretem vetustiorem (cf. p. 18).

[1220, 1—18.]

1224, 5—1227, 5 cf. p. 16 sq.

1227, 13—1229, 2. Iterum, quae commentario *P* debentur, priore legimus loco, cum recensionis *M* scholium sub voce *εἰς τὸ αὐτό* afferatur. Exemplum ex Gregorii in Cyprianum oratione allatum (1227, 21—1228, 2) etiam in recensione *M* invenitur (post verba *διηγησώμεθα* 1229, 13 cf. not. 15).

1242, 19—1243, 3. (Argumentum capitis XIV.)

1244, 16—1245, 12: A verbis *τὸ κατὰ παρένθεσιν* novum incipit scholium quo *τὸ ὑπερβατὸν κατὰ παρένθεσιν* simili modo quo antea definitur et exemplis ex Gregorio Nazianzeno et scriptura sacra sumptis illustratur.

1262, 2—5 (Argumentum I capitis sexti decimi).

Iam ad caput XVII pervenimus, quod extremum est ex iis, quae commentario *P* haud mediocre debent incrementum. In sequentibus enim recensio *M* aut sola est adhibita (cf. p. 6) aut non iam scholiis Hermogenianis, sed, id quod etiam antea saepissime factum est, tantum locis scriptorum (cum scholiis plerumque vel argumentis) accuratius exscriptis amplificata est. —

1268, 7—1269, 5; 1270, 1—1272, 26. p. 1271, 21 sqq. locus illustratur Hermogenis (III, 422, 5 sqq.) quo exponitur veteres oratores in causis iudicialibus extempore, non meditato se dicere simulasse. Exemplis autem singularibus sane huius scholii auctor ad Hermogenis sententiam confirmandam utitur. Primum sibi in manibus fuisse affirmat Polyxeni *ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δήλῳ* orationem, ex qua nisi hoc loco fragmenta non sunt ser-

vata; deinde locum affert ex Aristogitonis in Hyperidem oratione, qui inter fragmenta illius orationis principem tenet locum. Sed cavendum est, ne nimium anonymo nostro tribuamus, ad quem procul dubio omnia quae hoc loco usque ad p. 1272, 26 et in antecedentibus (p. 1268, 7—1269, 5; 1270, 1—1271, 21) leguntur, sunt referenda.[1] Quamvis enim ei crimini non dem, quod p. 1272, 3. Pindarus et Euripides confunduntur,[2] tamen illud „*οὗ καὶ ὁ λόγος εἰς χεῖρας ἦλθεν ἐμάς*“ nescio an eodem modo ex vetustioribus commentariis provenerit quo scholium „*εὗρον δὲ ἐγὼ παλαιόν τινα λέγοντα*“ *κτἑ* (p. 1269, 1 vid. infr. n. 1 et p. 26, n. 1).

Sed haec iam sufficiant quibus fines commentarii, cui tantum debet commentarius Gregorianus, circumscribantur. Neque moremur in illis aliorum commentariorum frustulis, quae praesertim initio nobis occurrunt, sed ad ipsam iam veniamus codicis Monacensis recensionem, quam etiamsi commentario *P* interdum obscuretur, commentarii Gregoriani fundamentum esse negari non potest.

Recensio illa *M*, ut supra (p. 6) commemoravimus, aliis locis re vera decurtata[3] esse videtur, aliis dubium est, sitne

[1] Ad locum in commentario breviore tractatum (cf. p. 1272, 26—1273, 4) pertinent quae p. 1271, 4—21 afferuntur; quocum scholio id quod antecedit (1270, 1 sqq.) ut exempla docent ex Homero allata artissime est coniunctum. Sub finem autem scholii initio capitis positi idem adhibitus est fons, quo recensionis *A* auctor usus est: 1268, 26 sq. cf. 1273, 30 sqq., 1269, 1—5 cf. 1273, 17—20.

[2] Cum ipsius Euripidis dictum antecedat (etiam p. 1268, 15—17 *ὁ σοφὸς* laudatur *Εὐριπίδης!*) nil impedit quominus verba *ὁ Πίνδαρος* glossema esse coniciamus ipsi fortasse recensionis uberioris auctori tribuendum, praesertim cum legamus *καὶ πάλιν φησίν* [subaudi *ὁ σοφὸς Εὐριπίδης*].

[3] E. c. p. 1233, 5 sqq. ubi *περὶ τῶν ἐπιδεικτικῶν παρίσων* verba fiunt, quae codex Monacensis (v. 16—29) omittit re vera omissa esse contenderim. Exemplum enim ex Hermogene allatum ad verba *διὰ τῶν τοῦ κάλλους σχημάτων* (v. 12) respicit nec non et iudicium illud (v. 24 sq.) ‚*ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ ἐξήγησις καὶ λίαν ψυχρὰ . . . . ἡ δὲ κρείττων πασῶν ἐξήγησις, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, αὕτη ἐστίν*‘ ad eundem referendum est interpretem cui vv. 5 sqq. debentur. Quae vero ex

uberioris recensionis *V* contextus in codice Monacensi contractus an recensionis *M* verba in recensione *V* amplificata. Etiamsi igitur codex Monacensis non ipsam contineat recensionem *A*, quae auctori uberioris recensionis in manibus erat, tamen pro certo habendum est recensionis *A* auctori omnia deberi, quae in codice Monacensi exstent. Ex his autem satis iam elucet — eum hominem fuisse praeclara doctrina ornatum — nonne? Cavendum est, ne praepropere iudicemus. Multi sane inveniuntur loci qui interpretem indicant in litteris non mediocriter versatum atque acri iudicio praeditum. Sed estne ipse recensionis *A* auctor interpres ille? Rem accuratius inspiciamus! Non tanti faciam, quod in hoc commentario multis locis fontes adhibiti sunt similes illis quibus anonymus commentarii *P* auctor usus est; nam in utroque commentario loci illi similes haud inepte ad interpretationem augendam usurpati esse solent. Neque ei rei nimium tribuo momenti, quod etiam loci velut *ἐγὼ*[1] *δὲ νομίζω πεποιῆσθαι μᾶλλον τὸ ὄνομα* (sc. *ἡ ἑωλοκρασία*) *ἀπὸ τῶν ἑώλων* integri exscripti sunt. Quid vero de scholiasta iudicabimus, qui sententias plane inter se diversas nullo iudicio adhibito ut suas profert?!

Conferas quaeso quae leguntur p. 1102, 1 sqq. (vid. Hermog. III. 401) *‚οὐδεμία . . τῶν διαφόρων ἐννοιῶν ἀντίκειται πρὸς τὴν ἑτέραν · ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων τοῦτο εὑρεῖν ἔστιν · ἀντίκειται γὰρ τὸ ὀλίγον πρὸς τὸ πολύ‘* cum iis quae exstant p. 1107, 10 sq. *οὐ καλῶς ὁ Ἑρμογένης ἤγαγε παράδειγμα τῶν ἐναντίων τὸ*

---

sequentibus in codice Monacensi non inveniuntur (cf. adn. 31) sine dubio ex glossematis orta sunt (1234, 2—6; 8—12; 13, 14) in margine recensionis *A* adiectis. cf. etiam p. 4 sq.

[1] p. 1159, 9 sq. cf. schol. Demosthen. ed. Dindorf p. 281, 20 sq.: *ἐγὼ δὲ μᾶλλον νομίζω πεποιῆσθαι τὸ ὄνομα ὑπὸ τοῦ ῥήτορος ἀπὸ τῶν ἑώλων*. cf. praeterea exemplum supra (p. 25) laudatum, quo etiam brevioris commentarii auctor usus est (p. 1273, 17 sq.)

πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον · τῶν πρός τι γὰρ τίθησιν εἶναι ταῦτα ὁ Ἀριστοτέλης (ita cod. Mon. cf. p. 1107, adn. 24).

Eodem modo p. 1340 sq. primum interpretationem habemus quae cum Hermogene facit, deinde vero sententiam quae eum (docte sane!) impugnat. Hermogenes enim de ambiguitate verba faciens (cap. 35 Walz III, 442 sq. Spengel II, 454) exemplum hoc ex Thucydide (II, 24) affert: ‚στασιάσαντες δὲ ἔτη πολλὰ ὡς λέγεται ἀπὸ πολέμου τινὸς τῶν προσοίκων βαρβάρων ἐφθάρησαν' atque quaestionem illam ὑπὸ τίνος ἐφθάρησαν, ὑπὸ τοῦ πολέμου ἢ ὑπὸ τῆς στάσεως[1] ita disceptat: στασιάσαντες ἀπὸ πολέμου ἐφθάρησαν, ἵνα ἡ μὲν στάσις ᾖ γεγονυῖα ἐκ τοῦ πολέμου, ἡ δὲ φθορὰ ἐκ τῆς στάσεως · οὐδεὶς γὰρ λέγει ἀπὸ πολέμου ἐφθάρησαν. Hanc Hermogenis sententiam comprobat scholium p. 1340, 10—21: περὶ δὲ τῆς λέξεως[2] ἐκεῖνό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι ἄτοπός ἐστιν ἡ λέξις ἄλλη ἀντ' ἄλλης παραλαμβανομένη, ὥσπερ .... εἰ λάβοι τις τὴν φθορὰν ἐπὶ τοῦ πολέμου γελοῖος δόξει κτέ. — Deinde ipsa afferuntur Thucydidis verba (1340, 21—1341, 4) quibus haec subiunguntur: σημείωσαι τοίνυν ἐκ τούτων αὐτός, ὡς παρόραμα ἐνταῦθα τῷ Ἑρμογένει ἐγένετο · ἔοικε γὰρ ἡ στάσις πρότερον γεγονέναι, εἶθ' οὕτως ὁ πόλεμος . . . (v. 10) εἰ δέ τις λέγει τὴν φθορὰν μὴ δεῖν ἐπὶ τοῦ πολέμου παραλαμβάνεσθαι τῷ Ἑρμογένει ἑπόμενος, ἴστω ὡς ὁ Θουκυδίδης τῇ τοιαύτῃ λέξει ἐπὶ τοῦ πολέμου ἐχρήσατο ..... δῆλον .. ὡς οὐχ ὑπὸ τῆς στάσεως, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πολέμου διεφθείροντο. Quam interpretationem etiam viri docti nostrae aetatis proferunt.

Apparet utroque loco neutram sententiam ipsi commentarii brevioris auctori deberi. Scholiasta autem, qui

---

[1] Walzius post ὑπὸ τοῦ πολέμου verba omittens ‚ἢ ὑπὸ τῆς στάσεως. ἀδύνατον ὑπὸ τοῦ πολέμου' in vitium incidit cui librarii indulgere solent.

[2] Idem scholium in codice Vindobonensi sub finem capitis denuo profertur; aliunde igitur ad verbum exscriptum est.

ita stolide[1] fontes suos exscribit, nullo modo auctor est scholiorum, in quibus variae adnotantur lectiones atque aliorum interpretum sententiae non modo proferuntur, sed etiam refelluntur[2] vel compluribus *Πλατωνικοῖς βιβλίοις* adhibitis (p. 1282, 9) Hermogenis *σφάλμα γραφικόν* corrigitur vel auctores laudantur velut Sopater et Themistius (p. 1299) nec non et Theophrastus (p. 1154). Ille cum scholia in librum *περὶ μεθόδου δεινότητος* quae ei in manibus erant transscriberet atque scriptorum locos ab Hermogene laudatos breviter plerumque — interdum etiam scholiis vel argumentis adhibitis[3] — afferret, officio suo se satisfecisse putabat. Qua in re longe aberat ut locum in fonte suo non accuratius signatum ipse investigaret.[4] Quo minus vero eiusmodi scholiasta nobis cordi est, eo magis nostra interest illum cognoscere virum doctum. qui ipsum Hermogenem iustis argumentis impugnat atque in arte critica exercenda bene est versatus.

---

[1] Cf. quae Morsbach Mus. Rhen. 31, p. 581 (Gregor von Corinth über den dorischen Dialect) de Gregorio nostro, quod librum illum dialecticum attinet, dicit: ‚Ausser der Schrift des Ioannes grammaticus *περὶ διαλέκτων* hat Gregor Scholien und Glossensammlungen zu Pindar etc. benutzt . . . Es sind zum Theil kurze Glossen, zum Theil auch längere Scholien, die er ohne Kritik und Urtheil zusammenraffte.'

[2] Praeter exemplum supra laudatum cf. p. 1209, 12: *γράφεται καὶ διπλῆ · πλὴν τοῦτο ἀσαφὲς ἔδοξέ τισι τὸ ῥητόν κατὰ τὸ ἐλλειπτικόν · ὤφειλε γὰρ οὕτως εἰπεῖν* . . . . (v. 23) *καί τινες μὲν οὕτως ἐξηγήσαντο · ἐμοὶ δὲ μηδὲν ἐλλείπειν δοκεῖ* κτλ. — cf. p. 1282. 9.

[3] cf. pp. 1141, 1 sqq.; 1306, 14 sqq.; 1345, 10 sqq.; 1333, 5—1334, 12 etc.

[4] Cf. p. 1314, 23: *ἐν οἵῳ δὲ λόγῳ τὸ τοῦ Πλάτωνος κεῖται ῥητὸν καὶ περὶ ποίου βασιλέως φησί, παρῆκεν ὁ ἐξηγούμενος.*

II.

Iam ad Tzetzam confugiamus. Quid? ad illum, qui inani superbia elatus quidquid alii scripserunt *κόπρου*[1] aestimat? Sane, ad illum atque eam potissimum ob causam.

Tribus locis metrica eius in Hermogenem scholia in commentario uberiore laudantur:

1) p. 1098, 23—1099, 9[2]: *Λέγει δὲ καὶ ὁ Τζέτζης ἐν οἷς ἔγραψεν εἰς τὴν ὅλην τὴν ῥητορικὴν ἐξήγησιν φλυαροστιχιδίοις αὐτοῦ κτέ*; oratione soluta quae Tzetzes illo loco dicit proferuntur.

2) p. 1157, 25—1158, 12[3]: ipsa afferuntur Tzetzae *φλυαροστιχίδια*, id quod Walzius non respexisse videtur.

3) p. 1186, 12—15[4] (Scholio Aeschineo usus[5] Tzetzes quid inter *ἑταιρίαν* et *πορνείαν* intersit, exponit.)

---

[1] Cf. versus illos, quibus Tzetzes in Ioannem Doxopatram invehitur (R. Foerster Mus. Rhen. 38, p. 440, Anm. 4):

ἄνθρωπε ληρεῖς, μὴ γινώ[σ]κω[ν] τί γράφεις ·
ποιεῖς δὲ λοιπὸν κοπρεῶνα τὴν βίβλον
καὶ τίς Ἡρακλῆς ἐκφορ[ήσει] τὴν κόπρον.

[2] Cf. Cramer Anecd. graec. Oxon. IV, 131, 28—29. p. 1099, 7 sq. Tzetza adhibito legendum esse videtur *ἰδίαν δὲ διάνοιαν οὐ μόνον τὴν μίαν, τὴν ἰδικὴν καὶ γνώριμον, ἀλλὰ καὶ τὴν κυρίαν* (sc. *λέγει*).

[3] Cf. Cramer l. l. p. 133, 1—26. Duodecim syllabis, ex quibus undecima utique accentum habebat, constabant trimetri iambici quibus poetae Byzantini uti solebant. Quamobrem illud *αὔθαδες* (1158, not. 84) etiam in codice Tzetziano verbo *σκληρόν* superscriptum falso a Walzio in textum (1158, 8) est receptum atque apud Tzetzam verbum *ὡς* post *Ἄρεος* (v. 5) delendum. Praeterea Gregorio adhibito v. 13 leg. *Ἄθων* (pro *ἄθλων*). In commentario autem Gregoriano haec sunt corrigenda: v. 32 *Ξέρξην μετ' αὐτήν* (sc. *φάλαγγα*; cd. Vind. *αὐτόν*). p. 1158, 11: *ῥήτορος* (pro *ῥήτορας*).

[4] Cramer l. l. 135, 1—4. Corrupta hoc loco Tzetzae verba sunt tradita.

[5] Cf. schol. Aesch. ed. Baiter et Sauppe p. 17, 18.

Nisi his locis Tzetzes in commentario Gregoriano non est adhibitus. Saepius quidem apud eum loci inveniuntur similes illis qui illic leguntur, sed illa consensio ad communes releganda est fontes. Apparet autem et uberioris et brevioris recensionis fontes ei praesto fuisse:

Scholia Parisina adhibita sunt:

p. 127, 20 sqq. cf. W. V. 563.
„ 128, 29 sqq. „ „ VII, 1123, 22 sqq.
„ 129, 4—6[1] „ „ — 1132, 26—29.
„ 133, 29 sqq. „ „ — 1161, 23 sqq.

Initii commentarii *P*nos commonefacit versus p. 127, 8. *‚ἔλλειμμα μὲν τὸ σύνταγμα δεινότητος ὑπάρχει'* cf. 1115, 9 *ἔστι δὲ μέθοδος δεινότητος κατά τινας μὲν ἔλλειμμα τῆς δεινότητος.*

Maximam vero partem loci illi similes in iis ipsis commentarii Gregoriani inveniuntur partibus, quae ex recensione breviore profectae sunt:

Tz. p. 132, 2—8[2] cf. Gr. 1126, 24—28.
— 24—32 „ „ 1146, 1—9.
„ 134, 6—8 „ „ 1162, 12 sqq.
— 12—16 „ „ 1168, 2 sq.
„ 135, 20, 21 „ „ 1211, 11—14.
— 22—26 „ „ 1218, 1—5.

[1] *‚ταῦτά φασιν οἱ λέγοντες. ὁ Τζέτζης οὕτως λέγει ·*
σαφῶς οὐχ εὑρόν τι δηλοῖ ἡ λέξις τοῦ μοσχεύειν
ἐν βίβλοις ταῖς τοῦ Βάρωνος καὶ ταῖς τοῦ Δημοσθένους (!)
καὶ τῶν λοιπῶν οἳ γράφουσι φυτουργικὰ βιβλία.'

[2] Iisdem fere verbis quibus auctor brevioris recensionis ad verba *καὶ δὶς διὰ τεσσάρων* (ita leg. cum cod. Mon.) *μουσικόν* illustranda utitur, Tzetzes hoc loco sententiam affert eorum interpretum, qui (Pythagoreorum doctrinam secuti) quinque *συμφωνίας* statuebant; deinde pergit (132, 9)

οὕτως οἱ πλείους λέγουσιν, Τζέτζης δ' ἐκ Γαυδεντίου
ἓξ συμφωνίας δίδωσιν

Claudium Ptolemaeum ut videtur secutus, qui (cf. Claud. Ptol. ed. Wallis p. 18 sqq.) easdem ponit sex *συμφωνίας* atque addit *τὴν διὰ πασῶν καὶ διὰ τεσσάρων* a Pythagoreis esse omissam (cf. Tz. p. 132, 14 *ἣν καὶ παραλιμπάνουσιν*).

[p. 136, 6 sqq. Tzetzes *οὔκ ἔχων τι σαφέστερον εἰπεῖν τοῦ τεχνογράφου* Thucydidem vituperat].

Tz. p. 138,	20—26	cf. Gr. 1262,	10—20,
„ „ 139,	17, 18	„ „ 1275,	6, 7.
„ „ 140,	10—20	„ „ 1277,	16 sqq.
„ „ —	22, 23	„ „ 1278.	
„ „ —	24—141, 2	„ „ 1280,	1—14.
„ „ 141,	16—28	„ „ 1296,	21 sq.
„ „ 143,	24 sq.	„ „ 1304,	10 sq.
„ „ 144,	1—17	„ „ 1306,	13 sq., 1309 sq.
„ „ 145,	4 sq,	„ „ 1315,	3.

Tzetzes autem ventosa iactatione inflatus etiam in his *φλυαροστιχιδίοις*, ut exempla iam docent allata, omnibus auctoribus quorum sententias affert, more suo se praestat doctiorem: Thucydidem vituperat, Plutarchum,[1] Hermogenem[2] ipsum atque interpretes eius.

Anonymi plerumque sunt interpretes, quos Tzetzes castigat; unus autem ex iis forte fortuna non modo castigatur, sed etiam nominatur: Geometres. Nam eae ipsae sententiae, in quas Tzetzes quattuor locis inflata oratione invehitur, etiam in commentario Gregoriano proferuntur. Quod quo melius eluceat, ipsos locos proponere mihi liceat:

1) Tzetzes l. l. p. 131, 30 sqq.:

‚Εἰς τό· ἐναντίας δὲ ὡς τὸ μείνατ'[1] *ἐπὶ χρόνον·*
καλῶς ὁ ῥήτωρ νῦν λέγει γεωμέτρα,
ὁ σὸς δὲ πολλὰ χαιρέτω Σταγειρόθεν
Τζέτζου λογισμοῖς ἐξελεγχθείς κτλ.'

---

[1] Cf. p. 146, 14 sq.
‚*Σίγα καὶ σὺ καὶ Πλούταρχος καὶ πᾶς τοιάδε λέγων*
καὶ πᾶς πολίχνιον εἰπεῖν τὴν Ἴλιον τολμήσας'.

[2] Cf. p. 142, 29 sq.
— — — — — — *ἥπερ κακῶς νῦν λέγει*
αὐτὸς πρῶτον ὁ τεχνικὸς καὶ οἱ ἐξηγηταὶ δέ.

[3] Ita legendum pro *μείνω τ' ἐπὶ* . . . cf. Hermog. III, 402, 13.

Cf. Greg. VII, 1107, 9 sqq.: *Ἐναντίας δὲ ὡς τό · μείνατ' ἐπὶ χρόνον · τὸν πολύν, τὸν ὀλίγον · οὐ καλῶς ὁ Ἑρμογένης παρήγαγε παράδειγμα τῶν ἐναντίων τὸ πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον · τῶν πρός τι γὰρ τίθησιν εἶναι ταῦτα ὁ Ἀριστοτέλης.*[1]

2) Tzetzes l. l. p. 135, 27—136, 3:

Ὁ γεωμέτρης τὸν καιρὸν νῦν οὐκ εἰρῆσθαι λέγει ·
Τζέτζης φησὶν δέ, ἄνθρωπε καιρὸν εἶναι μοι νόει
τὸ τοῖς συνδέσμοις χρῆσθαι μέν, ἂν πρᾶγμα μεγεθύνῃς,
ὡς οὗτος γράφει ὁ ἀνήρ, οὐ χρὴ μακρηγορίας . . .
τοῖς ἀσυνδέτοις ἦθος δὲ δεικνὺς ἐπιεικείας.'

Cf. Greg. p. 1211, 19 sq.: *πλὴν ἀποσιωπᾶ, τίς ὁ καιρός, ἁπλῶς εἰπών, ὅταν ἑκατέρου καιρός.*

3) Tzetzes l. l. p. 138, 10—19:

Ὁ γεωμέτρης δὲ ἡμῖν πάλιν κενώσει λόγου
λέγων[2] *· ,τὸ νῦν ἀντίθετον, ὃ Ἑρμογένης λέγει,*
οὐκ ἔστιν οἷον εἴρηκεν εὑρέσεων τῇ βίβλῳ ·
ἐκεῖνο σχῆμα λέξεως[3]*, τοῦτο δὲ διανοίας'.*
ὦ γεωμέτρα σκόπησον καὶ σὺ καὶ πάντες ἄλλοι ·
τοῦτο ἀντίθετόν ἐστιν ὥσπερ καὶ Τζέτζης λέγει ·
ἐκεῖ ὁ Ἑρμογένης δὲ ψευσάμενος εἰρήκει.

(19) *σὺ μακρολογεῖς δὲ πολλὰ καὶ πλατύνεις τὰς βίβλους.*

Cf. Greg. p. 1254, 16, 17; 1255, 9, 12: *Περὶ ἀντιθέτου δὲ ἐνταῦθα διδάσκει οὐ τοιούτου, περὶ οὗ ἐν ταῖς εὑρέσεσιν φθάσας ἐτεχνολόγησεν* (cf. cod. Mon. adn. 6) *. . . καὶ ἐκεῖνο μὲν σχῆμα λέξεώς ἐστιν . . . . τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα διανοίας ἐστίν.*

---

[1] Ita codex Monacensis cf. p. 1107 adn. 24.

[2] Ita legendum pro *λύων*.

[3] Ita legendum pro *λέγων* cf. Gr. 1254, 9 *ἐκεῖνο μὲν σχῆμα λέξεως*. Etiam metrum (versus sunt politici quindecim syllabarum) hos exiget.

Cf. Leo Allat. diatr. de Georg. apud Fabricium bibl. gr. X, 627, 28: *συναγωγὴ τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐξηγήσεων εἰς τὴν ῥητορικήν . . . Χριστιανοί · Ἰωάννης Φιλόσοφος μέγας καὶ ὀρθοδοξότατος Σικιλιώτης καὶ ἕτερος Ἰωάννης διδάσκαλος ὁ Γεωμέτρης.*

4) Tzetzes l. l. p. 138, 27—30:

‚Τῷ γεωμέτρῃ δὲ εἰπέ· καλῶς ὁ ῥήτωρ λέγει
καὶ λέξιν οὐκ ἐκάλεσεν· ἐν συλλαβαῖς δ' ἔπαιτε
τό τε πολὺ καὶ τὸ φιλο· πρὸς γὰρ ὁλοκληρίαν
αὗται τελοῦσι συλλαβαί· σὺ λέγεις δ' ἅπερ βούλει.'

Cf. Greg. p. 1263, 21—23: *οὐκ ὤφειλεν εἰπεῖν συλλαβήν, ἀλλὰ λέξιν· καὶ γὰρ τὸ πολὺ λέξις ἐστὶ καὶ τὸ φίλος.*

En habes virum illum doctum qui iustis argumentis Hermogenem ipsum impugnat. Amplo autem commentario Geometres ille librum *περὶ μεθόδου δεινότητος* instruxisse videtur, cum Tzetzes eum vituperans dicat *‚σὺ μακρολογεῖς δὲ πολλὰ καὶ πλατύνεις τὰς βίβλους'* (cf. p. 32, 3). Neque vero commentarius ipse nobis servatus est, qui eousque ab interpretibus recentioribus expilatus est, ut nisi Tzetzes grato animo auctorem quo utitur non modo castigasset sed etiam nominasset, ex titulo[1] tantum codicis qui Leoni Allatio erat in manibus, Geometram Hermogenis fuisse interpretem concludi possit.

Ioannes appellatur Geometres noster et in titulo illo infra allato et compluribus locis ubi apud Leonem Allatium Bandinium alios ex libris manuscriptis[2] epigrammata eius graeca atque metaphrases canticorum sacrae scripturae laudantur. Magistrum eum fuisse idem testatur titulus nec non et Ioannes Doxopatres, qui in

---

[1] Cf. p. 32, adn. 3.

[2] Cf. Fabric. bibl. gr. VI, 54: Leo Allatius inter ea quae ex excerptis rhetorum ac sophistarum graecorum e bibliothecis primus eruit adnotat: epigrammata graeca singula in S. Crucem Nicolai metropolitae Corcyrensis Ioannis geometrae. — Fabricius l. l. VIII, 593: ‚Est igitur illa Metaphrasis (sc. Psalmorum) una cum Ioannis Geometrae metaphrasi canticorum S. Scripturae versibus iambicis in cod. Bavar. CI. (catt. codd. gr. 38)'. Deinde Fabricius codicem laudat Laurent. codd. XXXVII, plut. V, qui Ioannis Geometrae odarum sive canticorum ecclesiae metaphrasin contineat; quem codicem copiose recenset Bandinius (catt. codd. gr. Laur. I, p. 62 sq.) qui novem canticorum ecclesiae explicationes ex ore Io. Geometrae enumeravit et. p. 65 sq. graece evulgavit.

homiliis in Aphthonium scriptis[1] saepissime Geometrae in Aphthonium scholia in usum suum convertit; qua in re τοῖς τῷ σοφωτάτῳ Γεωμέτρῃ ῥηθεῖσιν[2] summum utique tribuit auctoritatis[3], quin etiam verba eius ut διδασκάλου ἐπιστατικωτέρου[4] affert. In iisdem autem homiliis compluribus locis[5] Geometres τοῖς παλαιοῖς τῶν ἐξηγητῶν opponitur, unde apparet eum haud ita longo temporis spatio a Ioanne Doxopatra fuisse seiunctum, qui saeculo undecimo exeunte floruit[6]. Sed adiumentum nobis praesto est candidissimum ad aetatem[7] Geometrae nostri accuratius definiendam. Sine dubio enim collectio illa poematiorum, quae a Cramero Anecd. graec. Paris. vol. IV, 266—388 e codice Parisino Supplem. 352. publici iuris facta est, quatenus sacri est argumenti[8], Geometrae[9] nostro est vindicanda. Primum enim quattuor hymni in codice

---

[1] Cf. Walz rhet. graec. II, 81—564.

[2] Cf. Walz II, 554, 33.

[3] Cf. W. II, 341: ταῦτα μὲν οὖν ὁ Γεωμέτρης καὶ πειστέον αὐτῷ πάνυ καλῶς καὶ ὀρθῶς λέγοντι.

[4] Cf. W. II, 123, 18.

[5] Cf. W. II, 206, 18 οἱ μὲν παλαιοὶ τῶν ἐξηγητῶν τὰ δραματικὰ εἶναι ἀμφίδοξα εἶπον, ὁ δὲ Γεωμέτρης κτλ. cf. etiam p. 339, 12 sqq.

[6] Terminum post quem vixerit Ioannes Doxopatres, ipsae praebent ὁμιλίαι εἰς Ἀφθόνιον in quibus p. 508, 18 ὁ τῆς βασιλείας ἐκπεσὼν Μιχαήλ laudatur (Michael Calaphates anno 1041 imperator factus sed eodem anno regno spoliatus) cf. Walz IV, praef. IV, terminum ante quem ponit Tzetzes qui in illis φλυαροστιχιδίοις sub annum 1150 scriptis saepius Doxopatrae in Hermogenem laudet commentarium.

[7] Frustra historiam litterariam byz. a Carolo Krumbacher nuper editam quamvis summa cum diligentia confecta esse videatur, adibis; ne nomen quidem Geometrae ibi invenies.

[8] Cramer l. l. p. 388. Duo admodum diversae in codice illo coaluerunt poematiorum collectiones; altera sacri est argumenti (quam una cum aliis quibusdam Geometrae carminibus et scriptis edidit Migne patrol. graec. CVI, 806 sqq.), altera profani et plerumque erotici generis.

[9] Emendationes nonnullas carminum infra laudatorum Blassii debeo benignitati.

laudato farragini illi poeticae praefixi[1] Ioanni Geometrae vulgo tribuuntur; deinde multis locis poeta ipse Ioannem sibi nomen esse commemorat; denique huic quoque collectioni canticorum metaphrases vel odae insunt, quales in aliis codicibus Geometrae vindicantur[2]. Hactenus igitur comprobo sententiam ab ipso editore[3] prolatam. Sed erravit vir ille doctus cum dicit „vixit ergo (sc. Geometres) ut videtur regnante Nicephoro Logotheta, cuius cladem a Bulgaris illatam deflet. A. D. 811.“ Non enim ad Nicephorum Logothetam pertinet carmen illud, quo imperator mortuus disertis verbis praedicatur[4], sed ad Nicephorum Phocam, qui postquam sex annos[5] (963—69) sedem

---

[1] Ipsi hymni illi a Cramero sunt omissae cf. p. 265.

[2] Cf. p. 33, not. 1. Migne l. l. col. 810.

[3] l. l. p. 388.

[4] Cf. p. 266, 21—267, 21:

Μὴ χρώμασι ποικίλλε δεσπότου θέαν,
ἀλλ' ἀδάμαντα, χρυσόν, ἄργυρον, λίθον,
χαλκόν τε καὶ σίδηρον ἁρμόσας ἅμα
μόρφου τὸ σῶμα · καρδίαν μὲν χρυσέαν
πρώτιστα πλάττε, στέρνα λαμπροῦ δ'ἀργύρου.
— — — — — — — — — — — —
ἄμφω δὲ χεῖρες ἐκτάδην ἡπλωμέναι ·
πρὸς τὴν ἕω μὲν δεξιὰ νικηφόρος,
πρὸς ἥλιον δὲ τὸν δύνοντα θατέρα κτλ.

[5] Cf. p. 290, 1—13:

Ἐξάετες λαοῖο θεόφρονα ἡνία τείνας,
τόσ[ς]' ἐπ' ἔτη Σκυθῶν ἄρεα δῆσα μέγαν.
Ἀσσυρίων δ' ἔκλινα πόλεις, καὶ Φοίνικας ἄρδην ·
Ταρσὸν ἀμαιμακέτην εἷλον ὑποζύγιον.
Νήσους δ' ἐξεκάθηρα, καὶ ἤλασα βάρβαρον αἰχμὴν
εὐμεγέθη Κρήτην,) Κύπρον ἀριπρεπέα.*
Ἀντολίη τε δύσις τε ἐμὰς ὑπέτρε[σ]σαν ἀπειλάς,
ὀλβοδότης Νεῖλος, καὶ κραναὴ Λιβύη.
*Πίπτω δ' ἐν μέσοις βασιλείοις, οὐδὲ**) γυναικὸς*
χεῖρας ὑπεξέφυγον, ἃ τάλας ἀδρανίης.
Ἦν πόλις, ἦν στρατός, ἦν καὶ διπλόον ἔνδοθι τεῖχος.
ἀλλ' ἐτεὸν μερόπων οὐδὲν ἀκιδνότερον.

*) Cramer corr. pro *κρείττων*.

**) *μέσοις βασιλείοις, οὐδέ* pro *βασιλείοις μέσοις, καί* coni. Blass.

imperatoriam obtinuit, ab consobrino Ioanne imperatrice adiuvante interfectus est. Quamobrem ad Ioannem Tzimitzam (non ad Ioannnem Stauracium!) *ἐπιτύμβια*[1] illa sunt referenda, quibus mortuus ipse praeclaras res gestas quibus antea praestiterit respiciens, deplorat quod regni cupiditate incensus sanguine propinqui manus maculaverit. Cladem[2] autem luget illam, qua Basilius II exercitu ad internecionem caeso vix ipse salvus evasit (anno 981). Altera igitur saeculi decimi parte floruit Geometres noster. Vir autem patriae suae amantissimus quasi oculis nostris proponit, quomodo illustribus illis imperatoribus mortuis omnia sint conversa, quomodo hostes antea domiti rursus consurgant atque cives bellis intestinis in se ipsos saeviant[3]. Atque Nicephori memor exclamat (283, 23 sqq.):

[1] Cf. p. 267, 23—269, 19.

Ἐνταῦθά μοι στὰς μικρόν, ὦ ξένε, χρόνον
καὶ προσβαλὼν φίλοικτον ὄμμα τῷ τάφῳ,
κλαῦσον τὰ θνητά, τὰς ἐμὰς βλέπων τύχας.
καὶ σπένδε θερμὸν δάκρυόν μοι κειμένῳ. —
268, 18 *ἕως μὲν οὖν ἦν δεξιὰ σκέπουσά με*
ἄνωθεν, ἠρίστευον, ἦνθουν, ἐκράτουν —
22 *ἐπεὶ δ' ἔρως με τῆς κακίστης ἐν βίῳ*
τυραννίδος κατέσχε, φεῦ δυσβουλίας,
καὶ δεξιὰν ἥμαξα καὶ σκῆπτρον κράτους
25 *ἥρπαξα**), *πύργον συγγενῆ κατασπάσας,*
τἀντεῦθεν οἴμοι, ποῖα, καὶ πῶς ἂν φράσω;
πρῶτον μὲν ἔνδον ἡ κατήγορος φύσις
πικροῖς ἐκέντει νύγμασι[ν] τὴν καρδίαν. —
33 *πικρόν, πολυστένακτον ἤντλουν τὸν βίον,*
λαγὼ βίον ζῶν, ὁ πρὶν ἄτρομος λέων. —
37 *κεῖμαι δὲ νεκρός, ὁ πτερωτὸς ἱππότης.*

[2] p. 296 ,*εἰς τὸ πάθος τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ Βουλγαρικῇ κλείσει*'.

[3] *Εἰς τὴν ἀποδημίαν* p. 322, 11—325, 16.

Ἐν μηνὶ Δύστρῳ τὴν Βύζαντος ἑστίαν
λιπὼν, ἐλαύνω πρὸς πόλιν Σηλυβρίας.
στιλβουμένην γὰρ ἄρτι ῥομφαίαν βλέπων
καὶ συγγενῆ μάχαιραν ἀγριουμένην
καὶ θηριῶσαν τὴν ἑῴαν πρὸς φόνους κτλ.

cf. etiam p. 271, 31 sqq. *(εἰς τὴν ἀπόστασιν).*

*) *ἥρπαξα* Bl., *ἥρπασα* cdd.

ποῦ βρυχήματα κράτους
τοῦ σοῦ, στρατηγέ, τῆς ἀνικήτου Ῥώμης;
φύσει βασιλεῦ, πράγμασι νικηφόρε,
μικρὸν προκύψας τοῦ τάφου, βρύξον λέον,
δίδαξον οἰκεῖν τὰς ἀλώπεκας πέτραις.

Temporum autem iniquitate[1] etiam Ioannes ipse graviter[2] vexatus est, neque vero totum se dedit dolori, aut pie quid Christus passus sit secum reputans aut pratorum silvarumque amoenitate[3] animum reficiens.

Sed non modo patriae sed etiam litterarum summo fervebat amore: Sophoclem, Xenophontem, Platonem, Aristotelem, Simplicium, Iamblichum, Porphyrium, Theonem carminibus celebrat, etiam Gregorium Naz. et *τὸν ἅγιον*

[1] *Εἰς τὸν βίον* p. 331, 6—10
Τὴν ἀρετὴν χθὲς εἶδον ἐν μέσῃ πόλει
μελαμφοροῦσαν καὶ κατηφείας ὅλην.
τί δ', ἠρόμην, πέπονθας; ἡ δὲ · νῦν ἔγνως ·
τόλμα, φρόνησις, γνῶσις ἐν ταῖς γωνίαις,
ἄγνοια δ' ἄρχει, καὶ μέθη καὶ δειλία.

[2] *Εἰς ἑαυτὸν* p. 326, 21—327, 9
Πέπονθα δεινά, πλὴν δίκαια Χριστέ μου,
πέπονθα δεινά, πλὴν ἐμῶν ἥττω κακῶν.
οὐκ ἔστι ποινὴ σφαλμάτων ἐμῶν ἴση.
δαίμων, νόσος, μάχαιρα, πῦρ, λύμη, σκότος,
μάστιγες, ὕβρεις, λιμός, ἐμπαιγμός, γέλως —
327, 1 *ἅπαντα ταῦτα τῶν ἐμῶν ἥττω κακῶν ·*
6 *νικῶ κακοῖς ἅπαντα. πλὴν σοῦ, Χριστέ μου,*
μόνον με νικᾷ σὸν πέλαγος θαυμάτων.
cf. praeterea pp. 287, 15 sqq., 317, 8 sqq., 331, 12 sqq., 334, 23 sqq.

[3] *Εἰς τὸ θέρος* cf. p. 316, 1—9
Ὥρια πάντα τέθηλε καὶ ἄμπελος ἐς τόκον ὀργᾷ,
σμήνεα δ' ἄρτι μέλι χλωρὸν ὑπεκπρο(ρ)ρέει.
οὔθατα δὲ σφαραγεῦσι καὶ ἄρνες ἀεὶ σκαίροντες,
*αἶγες δ' εὐγλαγέες, λήια κεκλιμένα**)
*ὄρνεα δ' εὐφωνοῦσι καὶ***) *ἄλσεα εὔσκια, δένδρα.*
ὕδασι δὲ κρυεροῖς ἀμφιγέγηθε πέτρα.
τέττιξ σύντονον ἠχεῖ, ναυτίλος ἥδιον ᾄδει,
ἶσον Ἰωάννῃ, καὶ σύ τι κἂν μογέῃς.
cf. etiam carmen quod sequitur.

*) *κεκλιμένα* Blass, *κεκλημένα* cdd.
**) *κατ' ἄλσεα*, coni. Blass virgula omissa sequenti.

Ῥωμανὸν τὸν μελῳδόν[1]; omnibus praeponit[2] Aristotelem, Platonem, Pythagoram. Summi autem facit Aristotelem[3], quin etiam eius categorias[4] carmine illustrat. Poetam autem eum fuisse non mediocri ingenio praeditum ipsa testantur carmina, quorum specimina infra proposuimus.

Extremam rhetoricae Hermogenianae partem, ut *ἔλλειμμα τῆς δεινότητος τῆς ἰδέας* ab interpretibus ut videtur non pari cura qua reliquas tractatam, interpretandam sibi sumpsit Geometres. In priorum enim partium explicatione Tzetzes saepius in Ioannem Doxopatram aliosque interpretes invehitur, nullo vero loco mentionem facit Geometrae; at in extrema *φλυαροστιχιδίων* parte ex interpretibus solus Geometres nominatur. Accedit quod Ioannes Doxopatres, qui in homiliis in Aphthonium scriptis multis locis Geometrae in eundem rhetorem laudet commentarium (cf. p. 33 sq.), quin etiam partes haud exiguas[5] integras recipiat, in commentariis quibus priores tres rhetoricae Hermogenianae partes instruit, ad Geometram nisi ut Aphthonii interpretem[6] non recurrit.

---

[1] Cf. Krumbacher l. l. p. 316.

[2] Cf. p. 319, 3 sq.

Τρεῖς οἶδα πρώτους τῆς ἐπιστήμης στύλους ·
Ἀριστοτέλην, Πλάτωνα, Πυθαγόραν.

[3] Cf. p. 282, 4 sq.

Οἱ τῆς στοᾶς βάλλουσιν Ἀκαδημίαν ·
Πύρρωνας οὗτοι, πάντας ὁ Σταγειρίτης.

[4] Cf. p. 281, 22 sqq. (281, 17 sqq., 283, 27 sqq.) vid. p. 32 *τῶν πρός τι . . τίθησιν εἶναι ταῦτα ὁ Ἀριστοτέλης.*

[5] Cf. e. g. Walz II, 220, 7—226, 23.

[6] In apographo scholiorum I. Doxopatrae in librum *περὶ στάσεων*, ex codice Vind. phil. gr. 130. facto, quod inspicere benigne mihi concessit R. Foerster, saepius Geometrae in Aphthonium laudatur commentarius; uno loco in dubium vocari posse videtur situe ex eodem commentario sumpta quae profertur Geometrae de artis rhetoricae partibus sententia (fol. 87a . . *ὡς καὶ γεωμέτρῃ δοκεῖ οὔκ ἐστιν ἀπὸ γένους εἰς εἴδη ἀλλ' ὡς τὰ ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν*); sed illum quoque ad eundem referendum esse fontem docent quae leguntur Walz II, 123. Quod commentarium in librum *περὶ εὑρέσεως* attinet cf. Cramer Anecd. graec. Paris. IV, p. 166, 19: *τάδε εὗρον τὸν Γεωμέτρην ἐν τῇ εἰς τὰ προγυμνάσματα*

Quamvis autem ipse Geometrae commentarius non ad nos pervenerit, fragmenta eius non contemnenda commentarius praebet Gregorianus, qui duas complectitur commentarii illius recensiones: alteram exhibet codicis Monacensis commentarius, alteram commentarius *P*. Uterque enim ut supra demonstravimus ad communes redit fontes. Geometram autem esse fontem illum cum iam per se sit verisimile ea re comprobatur, quod unus ex locis illis ubi Tzetzes Geometrae nostri stultitiam castigat, (cf. p. 32, 2) in utroque commentario invenitur (p. 23). Interpretationem uberiorem (p. 1211, 15—1213, 1) affert commentarius *P* qui et hoc loco[1] et aliis ubi accuratius de iisdem disseritur verbis Hermogenis — locos e Demetrio petitos excipias — propius ad Geometram ipsum accedere videtur. Neque dubium est etiam ubi diversa[2] in utroque commentario tractantur Geometram fontem esse principalem. Uberioris enim recensionis *V* auctor non modo iis locis,

---

(sc. τοῦ Ἀφθονίου) ἐξηγήσει λέγοντα· ἀπορήσειεν ἄν τις ἐνταῦθα κτλ. In commentario ad librum περὶ ἰδεῶν Geometres omnino non laudatur.

[1] Tzetzes l. l. p. 136 οὐ χρὴ μακρηγορίας.

[2] E. g. has capitis V. partes ad Geometram referendas esse censeo:

1146, 19—1148, 8 (eadem breviter exponuntur 1145, 24—1146, 4); post verba (1147, 6—8) δεῖ δὲ ἡμᾶς τὴν περιττότητα διώκοντας μὴ τοῦ καιροῦ λείπεσθαι .... ἐστίν similia iis omissa sunt quae leguntur p. 1146, 4 sqq. ὁ δὲ καιρὸς τῆς χρήσεως τούτων οὗτος κτλ.

1148, 7—1149, 32 (cf. 1147, 11—1148, 7).

1150, 2—27 (comm. *P*).

1150, 27—1151, 19
1153, 17—1154, 1
1154, 19—1155, 8
} (rec. *M*.)

1156, 23—1157, 24 (cf. p. 1152, 21 sqq., 1156, 7 sqq).

1154, 23 sqq. fragmentum nobis servatur Theophrasti illo quod recepit Wimmer (Theophrasti fragmenta vol. III, p. 230) multo amplius, id quod Aristotele quem Theophrastus secutus est comparato elucet. Haec enim a Wimmero recepta sunt: Κατὰ γὰρ τὸν Θεόφραστον γνώμη ἐστὶ καθόλου ἀπόφασις ἐν τοῖς πρακτέοις. εἰσὶ δὲ τούτων αἱ μὲν παράδοξοι, αἱ δὲ ἔνδοξοι, αἱ δὲ ἀμφισβητούμεναι. At conferas quaeso:

quibus in recensione *M* Geometrae textus nonnullis omissis vel in brevius contractis redditur, commentarium *P* adit, sed etiam partes ab auctore recensionis *M* plane omissas transscribit, cum recensionem *M* solam adhibeat, ubi commentarii illi non multum inter se sunt diversi.

Quod inprimis sub finem commentarii Gregoriani factum esse videtur, quod commentatores illi aliis adiumentis iam destituti aut laboris pertaesi extremis partibus textum Geometrae et ipsum paulo iam exiliorem integrum fere nescio an expresserint. Nullo enim loco ita manifeste Geometres nobis praesto est. Ne dicam de docta illa Thucydidis[1] interpretatione, qua Hermogenes refellitur: una quaque fere pagina homo nobis obversatur, qui Homerum[2] penitus cognitum habet, qui in veterum

---

Greg. VII, 1154, 24 sqq.:

— — εἰσὶ δὲ τούτων αἱ μὲν παράδοξοι, αἱ δὲ ἔνδοξοι, αἱ δὲ ἀμφισβητούμεναι. καὶ αἱ μὲν παράδοξοι δέονται κατασκευῶν, οἷα ἐστὶν αὕτη · χρὴ δ' οὕποθ . . . σοφούς · τὰς δὲ ἐνδόξους χρὴ λέγειν ἄνευ ἀποδείξεως οἷον · ,ἀνδρὶ ὑγιαίνειν ἄριστόν ἐστι' · τῶν δὲ μὴ παραδόξων (μὲν)*) ἀδήλων δὲ καὶ ἀμφιβόλων προστιθέναι δεῖ τὰς αἰτίας οὐν ἀποφθέγμασιν · οἷον εἴ τις λέγει, ὅπερ Στησίχορος εἶπεν · ὅτι οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι ὅπως μὴ οἱ τέττιγες αὐτοῖς χαμόθεν ἀντάσωσιν.**)

Aristot. rhet. II, 21 (Sp. I, 100 sq.):

ἀποδείξεως μὲν οὖν δεόμεναί εἰσιν ὅσαι παράδοξόν τι λέγουσιν ἢ ἀμφισβητούμενον. ὅσαι δὲ μηδὲν παράδοξον ἄνευ ἐπιλόγου . . . οἷον ,ἀνδρὶ ὑγιαίνειν ἄριστόν ἐστιν ὡς γ' ἡμῖν δοκεῖ' . . . . περὶ δὲ τῶν μὴ παραδόξων ἀδήλων δὲ προστιθέντα τὸ διότι στρογγυλώτατα. ἁρμόττει δ' ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ τὰ Λακωνικὰ ἀποφθέγματα καὶ τὰ αἰνιγματώδη · οἷον εἴ τις λέγει ὅπερ Στησίχορος ἐν Λοκροῖς εἶπεν, ὅτι οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι ὅπως μὴ οἱ τέττιγες χαμόθεν ᾄδωσιν.

Quod fragmentum etiamsi Theophrasti verba non integra reddere videatur, libro *περὶ γνώμης* aut arti eius rhetoricae vindicandum est.

[1]) p. 1340, 21—1341, 23, cf. p. 27.

[2]) p. 1286, 1293 etc.

*) Walzius Reiskium secutus *μέν* recepit contra codices.

**) cod. Vindob: *ᾄδωσιν*.

technologiis est versatus,[1] qui quaestiones[2] quas proponere possit aliquis haud inepte solvit, quem in arte critica[3] exercenda nec ingenium nec adiumenta deficiunt.

Non iniucundum est accuratius commentarii Geometrae nostri persequi fines atque scoriis eum liberare quibus obrutus est. Sed hoc alteri reservetur quaestioni, cui haec commentatiuncula sit fundamentum.

---

[1] p. 1294.

[2] Sub verbis velut *ἀπορῆσαι δέ μοι ἄξιον, ἀπορήσειε δ' ἄν τις* (p. 1280, 1297, 1327, 1329) quaestiones illae proponi solent. cf. p. 38 adn. 6 *ἀπορήσειε ἄν τις κτλ.*

[3] p. 1209 *γράφεται διπλῆ.* p. 1273: *τινὰ δὲ τῶν βιβλίων παραχθῆ* (pro *ταραχθῆ*) *ἔχουσιν ἀντὶ τοῦ παρασυρῆ καὶ ἀπατηθῆ.* cf. praeterea pp. 1288, 1311.

[Postquam haec scripsi, dissertationem accepi nuper editam Ioannis Graeven, qui in Prolegomenorum in Cornuti artis rhetoricae epitomen parte priore (Gotting. 1891) pp. X et XXI sqq. Geometram laudat inter eos, qui artis illius excerpta in usum suum converterint. Qua in re ille Diltheyi nisus ‚de epigrammatum Graecorum syllogis quibusdam minoribus' commentatione (quae mihi antea in manus non venit) Geometram „posteriore parte saeculi X neque multum ante tempora Doxopatri" (cf. pp. 34 et 36 comm. nostr.) fuisse demonstrat. De aetate igitur Geometrae plane consentimus. Cum vero temporum quibus vixerit omnino ratione non habita rhetorem eum appellat ineptissimum, iudicium profert Geometra prorsus indignum; nisi forte inter Tzetzam cui iusto iure epitheton illud ornans attribui potest et Geometram nihil interesse iudicabimus.]

EMENDATIONUM IN COMMENTARIUM GREGORIANUM CONSPECTUS.

Breviter iam ex ordine paginarum eos deinceps proferam commentarii Gregoriani locos, quibus medelam[1] adhibere conatus sum. Qua in re eas coniecturas, quae ad locos hucusque non tractatos pertinent, si res postularit, quam brevissime argumentis confirmabo.

Et omitto quidem omnes conferre locos eos, ubi glossemata uncis sint includenda, quo sensus fiat dilucidior. Quod codice Monacensi adhibito singulis locis facile perspicietur. Neque in rem esse videtur unoquoque loco, ubi modi confunduntur, examinare sitne hoc librariis an ipsis interpretibus crimini dandum. In universum eius-

[1]) Conferas quaeso quae p. 5 sq. de codicum auctoritate exposita sunt. Codicum Ambrosiani et Taurinensis recensio medium inter recensiones codicum Vindobonensis et Monacensis tenet locum, quod autem varias attinet lectiones propius accedit ad codicis Monacensis recensionem. Ea de causa codices illi ubi loci in iis inveniuntur in codice Monacensi ‚omissi' adiumentum praebent haud contemnendum ad lectiones examinandas codicis Vindobonensis, qui in vitiis excellit velut ὅτε pro ὅταν, οὕτως pro οὕτος, τοῦτο pro τοῦτον vel τούτων, τό pro ὅ, μέν pro με, παρά pro περί etc.; saepius etiam oculi lapsu nonnulla a librario sunt omissa cf. p. 1279, 1320. — Quod locos attinet ex Demosthene, Thucydide aliis allatos cavendum est ne variae lectiones corrigantur; nonnisi aperta librariorum vitia sunt emendanda.

modi vitia corrigenda esse codicis Monacensis[1] evincit auctoritas.

1090, 16. Ne verba *μέθοδος* et *δεινότητος* possint coniungi, secundum codices Mon. Vind. Med. legendum est: *ἡ δὲ μέθοδος αὕτη ἔλλειψις τῆς δεινότητός* (sc. *τῆς ἰδέας*) *ἐστιν* cf. p. 1115, 10.

1091, 18 leg. *προδιοικῆται* (pro *περιποιῆται*) sec. codd. Vind. Med. 2. cf. Aristid. Walz IX, 389, 20; Max. Planud. Walz V, 563, 16; Greg. p. 1116, 18.

1093, 15 ex cod. Mon. recipienda sunt verba Hermogenis *εὕρηται μὲν ἐπὶ μηνύσει πράγματος.*

1094, 1—1095, 15. Codicum Ambrosiani et Taurinensis hoc loco ut ita dicam habemus *ἀριστείαν.* Locus enim hic ex Platone ut videtur allatus totus ex Eusebii praeparatione evangelica depromptus est.[2] Codices Ambrosianus et Taurinensis cum Eusebio plerumque consentiunt, cum codicis Vindobonensis textus glossematis depravatus saepius lectiones praebeat, quae non modo ab Eusebio abhorrent, sed etiam sensu carent. Quamobrem omnibus fere locis variae lectiones codicum illorum sunt recipiendae:

1094, 7 *τέκτονος μὲν ἔργον ἐστὶ*[3] *τὸ ποιεῖν* (*πονεῖν* delendum, est dittographia) *πηδάλιον ἐπιστατοῦντος* (*ἐπιβατοῦντος* librarii vitium) *κυβερνήτου, εἰ μέλλοι*

---

[1] Perraro in codice Monacensi lectiones inveniuntur velut *κἂν οὐκ ἐστιν* (etiam Vind.) p. 1301, 10, *ἐὰν λέγει* p. 1281 adn. 26.

[2] Euseb. praep. evang. ed. Dindorf vol. II lib. XI, 6, 2, 4, 5, 19—22. — Eusebius primum ipsa affert Platonis verba (XI, 6, 2, 4, 5; *ὄνομα ἑκάστῳ* 1094, 18 extrema sunt verba ex hac parte deprompta), deinde (19—22) exempla nonnulla etymologica hinc illinc ex Cratylo colligit.

[3] Quod cod. Vind. hoc loco praebet *τέκτονος . . . ἐστὶν ἔργον τὸ ἁρμοδίως καὶ ἀτέχνως ἀποτελεῖσθαι τὰ καθ' αὑτὸν ἔργα* glossema esse videtur quod scholiasta aliquis in margine adscripserat ut explicaret, quid in universum *τέκτονος* esset *ἔργον.*

καλὸν εἶναι τὸ πηδάλιον, νομοθέτου (cf. not. 18!) δέ, ὡς ἔοικεν, ὄνομα, ἐπιστάτην ἔχοντος (ἔχοντα commune omnium codicum vitium) διαλεκτικὸν ἄνδρα κτλ.

1094, 13 φαῦλον recte Ambr. φαύλη τις Walzii ut videtur coniectura (cod. Vind. φαυλότης).

— 24 καὶ θεοὺς παρὰ τὸ θέειν τουτέστι τρέχειν[1] τοὺς ἐν οὐρανῷ φωστῆρας κεκλῆσθαί φησιν[2], τάς τε ἐν ἀνθρώποις . . .

1095, 4 τὸν μὲν Ἕκτορα [εἰπὼν κεκλῆσθαι][3] . .

— 12 ταῦτα δὲ καὶ τοιαῦτα μυρία ἕτερα ἄν εὕροις εἰρημένα παρὰ Πλάτωνι φύσει τεθεῖσθαι, ἀλλ' οὐ θέσει — τοῖς πρώτοις τὰ ὀνόματα (ita legi malim secundum Eusebium; cod. Vind. τοῖς πρώτοις ὀνομαθέταις, Ambr. τοῖς πράγμασιν) πειρωμένῳ διδάσκειν.

1099, 8 οὐ μόνον τὴν μίαν, τὴν ἰδικὴν καὶ γνώριμον, ἀλλὰ καὶ τὴν κυρίαν legendum esse videtur cf. p. 29, adn. 2.

1100, 2 leg. δέχεται (Ambr. λέγεται) pro δέχονται.

— 16 leg. ὅ γε (sec. Ambr. pro ὁ δέ).

1100, 20—1101, 7. Ipsa afferuntur Hermogenis verba: Δημηγορεῖν, φησί, (λέγεται) τὸ ἐν δήμῳ ἀγορεύειν· ἰδίως δὲ (ἀντὶ τοῦ διαφόρως glossema quod etiam in codice Monacensi invenitur) τὰ κεχαρισμένα λέγειν καὶ τὸ ἀπαίδευτα λέγειν (Ambr.), quae sequuntur in codice Vind. καὶ γελωταποιά . . . δημοχαρῆ in commentarium criticum sunt releganda; pro quibus ex cod. Mon. sunt recipienda [ὅρα οὖν πῶς τὸ ἀπαίδευτα λέγειν] τοῦ δημηγορεῖν etc. deinde sec. cod. Mon. legendum εἰς πλῆθος . . . . τὸ δὲ ἀπαίδευτα λέγειν (διὰ) τὸ γέλωτα κινῆσαι (συμ)βούλεσθαι (vid. p. 8, adn. 2).

---

[1] Verba quoque τοὺς ἐν οὐρανῷ — φησίν remota sunt glossematis illis (1095, 1, 2) τρέχουσι γὰρ οἱ ἐν οὐρανῷ φωστῆρες καὶ διὰ τοῦτο, ὥς φησιν, οὕτω καλοῦνται et ἢ παρὰ τὴν θέσιν.

[2] Euseb. ἐπικεκλῆσθαι.

[3] Euseb. οὐκ οἶδ' ὅπως τὸν μὲν Ἕκτορα κεκλῆσθαι εἰπών κτλ.

1102, 7 τό ante παρ' Ἡσιόδῳ delendum (Mon., Ambr.).
καί „ τὸν κλέπτην „ (Ambr.).
1103, 16 sqq. Καὶ αὖθις · διάφορον ... λέγειν cf. p. 12, adn. 3.
1107, 12—1108, 20 cf. Aristotelis organon ed. Waitz p. 94, 95. (Bekker, vol. I, 5b, 11—22 et 5b, 33—6a, 6).
1107, 17 leg. τοιούτων [τινί].
— 19 „ τούτων (pro τοῦτο).
— 21 „ ἀλλὰ τῷ (pro τό) cf. 1168, n. 14.
1108, 5 comma falso positum apud Walzium; leg.: εἰ ἔσται τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν ἐναντία, συμβήσεται κτλ.
— 10 καὶ μέγα [καὶ μικρόν].
— 12. A codicis Vind. librario oculi lapsu post ἐπιδέχεσθαι, omissa sunt verba [ἀλλ' οὐδὲν δοκεῖ ἅμα τὰ ἐναντία ἐπιδέχεσθαι].
1111, 16 leg. ὀκτάχορδον pro αὐτόχορδον cf. p. 1129, 31.
1114, 4 leg. λέξιν pro λέγειν. (v. 30!)
1118, 3 Βασίλειος pro βασιλεύς.
1115, 16 κατά τινα[ς] δὲ (ὅτι) διδάσκει cf. p. 19, n. 4.
1122, 16 κακώσεσιν (fals. impr. κακώκεσιν) · αὗται δέ εἰσι (pro εἰς) [πρὸς] τὸν ἄρχοντα καὶ τῷ διώκοντι (pro τὸν διώκοντα) ἀζήμιοι, cf. Suidam s. v. εἰσαγγελία (Bernhardy p. 780).
1126, 3 leg. καλαφατίσαι (p. 1111, 26); cf. Liudpr. antapod. V, 15 ‚τοὺς καλαφάτας hoc est navium compositores'.
1126, 24—1131, 24. Multa hic latent librariorum, qui in rebus musicis certe non erant versati, vitia:
1126, 24 δὶς διὰ τεσσάρων μουσικόν recte Mon. (cf. Hermog. III, 403, 13.) pro δὶς διὰ πασῶν μουσικόν ἐστιν quod praebet cod. Vind.
— 26. Apud Walzium ante ἢ διὰ πασῶν ἅμα καὶ διὰ πέντε omissum [ἢ διὰ πασῶν].
1127, 1 leg. ὅτι ἔχει τὸν δύο (pro τὰ) sc. ἀριθμόν.
— 3 „ ὅτι ἔχει τόν (pro ἔσχατον).

1127, 3 sq. leg. ὁ (pro ἡ) δὲ ς' sc. ἀριθμός.

— 7 sq. „ ἐστι μὲν ὁ λόγος τετραπλάσιος ἐκ δύο διπλασίων . . . καλεῖται δὲ [δὶς] διὰ πασῶν.

1128, 3 leg. διὰ τεσσάρων οὖν ἐστι δύο τόνων (pro τινῶν) καὶ ἡμιτονίου.

— 10 leg. δύο ἡμιτονίων (pro ἡμιτόνων).

— 16 leg. Ἔτι · τὸ δὶς διὰ τεσσάρων (pro πασῶν cf. 1126, 24) sequitur enim ἡνίκα τέσσαρες νευραί . . . . . deinde v. 23: καὶ τοῦτό ἐστι δὶς διὰ τεσσάρων.

1129, 4 sqq. l. μετὰ δὲ τὸ διὰ τεσσάρων ἔστι τὸ διὰ πέντε . . . . εἶτα τὸ (δὶς) διὰ πασῶν . . . τὸ (pro δὶς) διὰ πασῶν δὲ λέγεται κτλ.

— 14 leg. τῶν μὲν [μετὰ τὸ] διὰ πασῶν ὀξυτέρως ᾀδόντων · sequitur enim: τῶν δὲ πρὸ τοῦ διὰ πασῶν βαρυτέρως.

1130, 26 δίς delendum cf. p. 1128, 29.

1131, 14 καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ ἤτοι τὸ ἕν leg. cum cod. Med. 2. (pro ἤ) cf. p. 1127, 2 ἤτοι τὸ ἕν.

1131, 25. Καὶ (τὸ) μοσχεύειν γεωργικὸν . . . ταῦτα lemma est Hermogenianum! τό quod non invenitur in codicibus Hermog. cum cod. Mon. delendum.

1132, 8 ἰατρικὴ ἡ σύμφθαρσις [καὶ] τεχνικὴ καὶ (οὐ) φυσική . . . cf. Ioannis Doxopatrae scholia in Hermogenis ideas Walz VI, 341, 23 ἔστι δὲ ἡ λέξις ἰατρικὴ καὶ φυσικὴ καὶ τεχνική κτλ.

1145, 2 νέμονται [οὕτω] cf. v. 19.

— 13. Ipsa Thucydidis afferuntur verba (I, 8) secundum cod. Mon. ita legenda: ὅσαι ἦσαν τῶν τεθνεώτων ἐν τῇ νήσῳ (sc. θῆκαι), ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν γνωσθέντες τῇ τε σκευῇ τῶν ὅπλων συντεθαμμένων (Walzius cod. Vind. secutus . . ὅπλων, συντεθαμμένοι) κτλ.

1145, 15—22. Haec typis non erant imprimenda cf. p. 1144, 26 — 1145, 3; v. 16 leg. διὰ τάς, v. 21 περί τε (pro παρά) Λοκρούς.

1155, 1 *μέν* post *παραδόξων* a Walzio Reiskio duce additum delendum est cf. p. 40.

1155, 9 leg. *παραδείγματα* cum codice Mon. (ex quo a Walzio verba *παραλλάξ . . ἐπιταφίῳ* recepta sunt!) lemma enim habemus Hermogenianum. Et hoc loco et innumeris aliis Walzius lemma eiusmodi significare neglexit. Quod nisi iis locis, ubi sensus id postulat, non notabo.

1157, 7 leg. *αὕτη δὲ τῶν* (pro *τὸν*) *πρός τι*
— 12 „ *ἐστιν ὅ* (pro *ἐστι τό*) . . . } cf. p. 21.
— 13 „ *ἐγκωμιαστικόν* (*-κούς*)
— 32 „ *Ξέρξην μετ' αὐτήν* (*αὐτόν*)
1158, 8 „ *σκληρὸν τόδε* (pro *αὔθαδες*) } p. 29.
— 11 „ *ῥήτορος* (pro *ῥήτορας*)

1163, 14—1164, 20 (cf. p. 29 sq.).

1163, 14 leg. *ἀγωνισταί, οἳ ἄν* (pro *ἀγωνίζεσθαι, οἷς*); eodem modo infra *οἳ* pro *οἷς* (v. 25).

— 21 l. *αὐτοῖς τὰς κατασκευάς* (pro *αὐταῖς ταῖς κατασκευαῖς*).

— 23 l. *τὴν παραμυθίαν καὶ ἐπισυνάψας αὐτήν* (pro *τὴν προτέραν καὶ μὴ συνάψας*).

— 26 l. *ποιῆσαι* (pro *ποιῆσαι*).

1164, 28 leg. sec. cod. Vind. (*ὅσον εἰς τόν!*) legendum esse videtur: *ὅσσον θ' ἱστὸν νηός* cf. Hom. Od. *ι*, 322.

— 29 leg. *προκατασκευήν* (cf. p. 23), deinde *καὶ τὸ* (pro *τῇ*) *τοῦ Ἀποστόλου*.

1170, 6 leg. *ὑπόνοιαν πλείονα* (pro *μὴ πλείονα*) cf. p. 14, not. 1.

1171, 13 *κατεργάσασθαι [τοὺς πολεμίους]* legerim cf. p. 16, n. 2.

— 14 *οὔκουν* (pro *οὐκοῦν*) *ὑμῖν ὀνειδίζω τοῖς ἐκδεδωκόσι με* (pro *μέν*) cf. p. 16.

— 25 leg. *τόδε* (pro *τὸ δέ*).

1173, 6 sqq. Haec ita sunt legenda: *Ἦ ἀντεῖπεν ἢ οὐκ ἐπείσθη·* (denuo verba illa Hermogenis explicantur) *ἢ ἀντειπεῖν ἔχει* (pro *ἔχειν*) *ἢ οὐ μὴ πεισθῇ ἐρωτῶντι*

τῷ πατρί cf. 1172, 30 *ἢ ἀντειπεῖν ἔχει . . . ἢ οὐ πεισθήσεται κτλ.*

1174, 18 l. *ποῖα δὲ ταῦτα;*

— 29. *Τοῦ προσποιεῖσθαι παραλείπειν* · verba Hermogenis!

1175, 3 leg. sec. cod. Mon.: *Τῶν δὲ ἐπαχθῶν παραδείγματα [ἐν τῷ περὶ στεφάνου]* (lemma Hermogenianum!).

1176, 5 sqq. Exponitur primum quomodo *ἀποσιώπησις* et *περιπλοκή*, deinde quomodo *παράλειψις* et *περιπλοκή* inter se sint diversa, id quod Reiskius (vid. not. 5) non respexisse videtur. Omnia bene se habent si v. 7 sq. cum cod. Mon. legimus (not. 6!): *ἡ δὲ παράλειψις, λέγουσα τὰ πράγματα, προδήλως αὐτὰ ἀπαγγέλλει κτἑ.*

1179, 12 *ζηλοτυπεῖ* (*-εῖν*) . . *καὶ οὕτως* (pro *οὗτος*).
1180, 10 l. *τοῦ πράγματος αὐτοῦ* (pro *αὐτό*).
1181, 1 l. *περιπλοκή* pro *περιβολή*.
— 13 l. *ἔγνω με* (*μέν*).
} cf. p. 14 sq.

1182, 16 l. *φιλότιμός ἐστιν* (pro *φιλοτιμίας*); sequitur enim: *ἀφ' οὗ καὶ φιλοτιμία.*

— 19–23 lemma Hermogenianum pertinet usque ad verba *τοῦ γραμματέως* · pro *ἀκούσατε* leg. *ἠκούσατε.*

1184, 12 l. *στοχασμοῦ τῆς στάσεως [οὔσης]* cf. Hermog. III, 103, 11.

1185, 1 l. *καὶ μηδὲ . . λέγειν* (*λέγει*).

1187, 18 l. *εἰς ὃ λήγει* (*λέγει*).

— 5 l. *ἀπὸ παρεκβάσεως* (Mon. *παρεμβάσεως* p. 1188, 9 *ἐκ τῆς παρεκβάσεως*).

1190, 26 l. *ἡδυσμά τι* (*ἡδύσματι*) cf. p. 23, not. 1.

1191, 4 sq. leg. *ἴσος Ἐνυαλίῳ* (Hom. Il. X, 132), *ἰέμ[εν]ος καὶ καπνόν* (*α.* 38), *ἵετο γὰρ βαλέειν* (*Π.* 383), *ἵερον ἰχθῦν* (*Π.* 407), *ἄορι θεινομένων* (*K.* 484).

1194, 22 *οἱ δὲ παρὰ* (pro *περὶ*) *Φίλιππον καταφεύγουσι* cf. Dem. orat. VIII. hypoth. § 2 (vol. I, 127 ed. Blass).

1196, 19 leg. *[πρὸς δὲ δόξης] ὡς οὐδὲ πρὸς ἕν* cf. Dem orat. XXII, 76 (vol II, 146 ed. Blass).

1197, 1 sqq. Verba Demosthenis in codice Vindobonensi corrupta sunt restituenda: *χρυσίδες τετταρες ἢ τρεῖς ἑκάστη ἄγουσα μνᾶν · ἃς ὅταν σοι δοκῇ πάλιν γράψεις καταχωνεύειν* (Dem. l. l.) Eodem modo postea v. 7 et 11 Demosthene adhibito legas: *ἔλαττον(ος) τίνος . . τούτῳ* (*τοῦτο*).

— 21 leg. *ἀλλ' οὐ* pro *ἀλλά* (Dem. XXIII, 211.)

1199, 7 „ *τραύματα* (falso impr. *θραύματα*).

1200, 2 *μόνον* hoc loco inepte positum est (cf. scholia Demosth. ed. Dindorf p. 33: *συμβουλεύει μόνον ὥστε αὐτὸν λυθῆναι*); pro *αὐτὰ* sec. scholia Dem. legendum est *αὐτόν* (sc. *τὸν νόμον*); deinde iisdem scholiis[1] adhibitis quae sequuntur (4 sqq.) ita legerim: *ὅμως τοῦτον* (*τοῦτο*) *λῦσαι οὐκ ἔπεισεν, εἰ μὴ τελευταῖον αὐτοὶ* (*αὐτὴν*) *εἰς πᾶσαν ἀπορίαν ἐλάσαντες ἐποίησαν* (*ἐποίησεν*) *τὰ χρήματα στρατιωτικὰ μὴ βουλόμενοι.*

1207, 10. In lemmate Hermog. cum cod. Mon. leg. *πότε [οὖν]* quod exstat et apud Hermogenem (414, 7) et apud Demosthenem (IV, 10.)

1208, 2. Secundum argumentum orat. Dem. IV. (ed. Blass vol. I, p. 83) legendum est: *παραμεμιγμένων δὲ [καὶ πολιτῶν · ταύτην δὲ] κελεύει (καὶ) τὴν δύναμιν μὴ μένειν* (*-η*) *κτλ.*

1208, 10 legendum esse videtur: *ὁ θεόλογος εἰς τὸν ἐξισωτὴν λέγει* (pro *λόγον*).

— 20 leg. *ἃ δέ φησιν ἡ βουλὴ [δεῖν] ἀντί* etc. (cod. Vind. *δ' ἀντί!*) cf. Demosth. or. XVIII, 119.

1210, 14 comma falso post *ποιεῖ* positum; ita legendum est: *τουτέστι καὶ τὴν διττὴν τῆς ἀκοῆς ἐπιστροφὴν ἔχει, καὶ ποιεῖ καὶ πίστιν ὁμοῦ τινος πράγματος, προλαμβάνων κτἑ.*

1211, 1 *μετὰ συνδέσμων* leg. (cf. v. 6 *μετὰ συνδέσμων*) cum cod. Mon.

---

[1] *ὅμως οὐκ ἔπεισεν αὐτοὺς λῦσαι, εἰ μὴ ὕστερον αὐτοὶ ἀναγκαζόμενοι τῷ πολέμῳ τοῦτο πεποιήκασιν.*

1213, 5 *δέ* delendum.
— 19 leg. *εἰ ἐξέλοις . . . συνεξαιρήσεις.*
1215, 2 legerim *μεγαλειότερον ἀπέβη* cf. p. 23.
1218, 8 leg. *δι' ἃς νῦν μὲν οὕτως, [νῦν δ' ἐκείνως] χρῆται* (pro *χρῆσθαι*) cf. Greg. 1350, 7; Hermog. III, 302, 3.
1221, 2 *δι' ἃ* (pro *διά*) leg. cf. Dem. or. XXIII, 18.
— 14 sq. leg. *ὑμεῖς ὑπό* (pro *ἡμεῖς ἀπό*) cf. Dem. or. XVIII. 42.
1223, 15—17. Verba *τὸ δὲ τέλος — ὄνομα* non sunt lemma Hermog. sed ipsa verba Platonica. Hermogenes enim pro *ἄλλοι δὲ ἄλλο* (ita apud Platonem) dicit: *τινὲς δὲ ἄλλο τι.* cf. p. 18, not. 2.
1225, 14 secundum Apsinem leg. *ἐκ τοῦδε* (vel *ἐκ τοῦδε καὶ τοῦδε*) *τοῦ νόμου* cf. p. 17.
— 26 *τόπους* leg. pro *τρόπους* cf. p. 17.
— 9 *πῶς τῶν στρατ[ιω]τῶν ἁπάντων* leg. pro *στρατιῶν ἁπασῶν* (codd. *ἁπάντων*) cf. p. 17.
1227, 10. Codice Monacensi adhibito est legendum: *ἅπερ ὑπεσχόμην, ὅτι τὰ ψευδῆ ἀπήγγειλεν, ὅτι οὕτως κτἑ.*
1229, 21. Verba *καὶ οὕτως ἐξέλθῃς εἰς Αἴγυπτον* (Reiske *Αἰγύπτου*) non mutanda esse videntur cf. Gregor. Naz. or. 45, 21 (Migne Patrol. II, p. 652).
1230, 5 *ἀνείργουσαι* in codice Vindobonensi verbo *ἐκτρέπουσαι* superscriptum exstat apud Gregorium Naz. l. l.
1231, 12 leg. *τίνος ἕνεκα . . . . . ἐξιλάσωνται;*
— 17 sqq. leg. secundum scholia homerica ed. Dindorf vol. 3, p. 34 (ad A. 145): *ὅτε* (pro *ὅτι*) *δὲ ὑπὲρ* (pro *περὶ*) *Ἑλλήνων [θῦσαι ἀπελθόντα ἔδει], τελευταῖον καταλέγει . . . ὑβριστικώτατε* (*-α*).
1232, 13 *πιστεύειν* (*πιστεύεν* falso impr.)
— 19 leg. *διὰ τὸ μὴ φαίνεσθαι ἐπιπλέοντες* (pro *ἐπὶ πλέον*) cf. schol. Thucyd. I, 10 (Poppo I, 189).
1237, 20 *δύο με* (pro *μέν*) *ἅμα ἐρωτᾷς* cf. Platon. Gorg. 466 C.

1243, 19 post *ὑπέρθεσιν* pergendum cum cod. Mon. *[κάλλος ποιεῖ]*; verba *ὅταν — ὕστερον τεθῇ* uncis sunt includenda (etiam quae antecedunt v. 8—12) cf. p. 5.

1244, 9 leg. cum cod. Mon. *καὶ ἔστι τὸ μὲν* (sc. *ὑπερβατόν*) . . . *τὸ δέ* (cod. Vind. *τὰ—τὰ*).

— 25 leg. *ἔταξε γὰρ μέσην τὴν αἰτίαν* (pro *μέσῃ*) cf. v. 15.

1248, 7 l. *ὃ λέγει . . . . τοῦτο καλεῖ ἐνταῦθα* (pro *ἐνταῦθα τοῦτο καλεῖ*).

1250, 21 leg. *διὰ μέσου* (pro *διὰ μέσον*) cf. p. 1251, 17; 1175, 12, not. 46.

1251, 5 leg. *Ὡς ἔφατ' Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, [ἀμφὶ δὲ νῆες Σμερδαλέον κονάβησαν ἀυσάντων ὑπ' Ἀχαίων], Μῦθον ἐπαινήσαντες* etc. ut *ὑπερβατοῦ* exemplum efficiatur. cf. praeterea Greg. Cor. *περὶ τρόπων* W. VIII, 768.

1252, 14 *φεύγοντας* leg. cum cod. Mon. pro *φυγόντας* cf. p. 1251, adn. 45.

1255. Uncis includas quaeso quaecunque codex Monacensis omittit!

1256, 14 leg. *ἐπειδὴ πόνων οὐ δέεταί τις [ὥστε], τοῦτο ἐργάσασθαι* (cod. Mon.).

1259, 13 *οὐ δὲ* falso ut videtur impressum; leg. *οἳ δέ* quod praebet Reiskius l. l. p. 920.

1263, 6 *μεστότης* leg. pro *σεμνότης* cf. Hermog. III, 274.

— 23 *ἢ πρὸ καὶ [ἢ] ἀντί.*

1264, 20 *ὅπου δὲ τὸ φιλο πρόσκειται καί* (ita cod. Vind., ita etiam Hermogenes, ex quo haec verba sunt deprompta) *ἐστιν ὁ ἡδέως μανθάνων. φιλο* varia lectio est digna quae notetur: eandem exhibet Tzetzes (Cramer l. l. p. 138, 29), in libris Hermogenis *φιλῷ* (Vind.) et *φίλτρον* (Mon.); Walzius et Spengelius *φίλον.*

1268 l. *τὸ δὲ (τοὺς) προσεκτικοὺς τοὺς φιλομαθεῖς ἀπεργάσωμαι.*

1271, 25 leg. *ὑποκρίνονται.*

1273, 26 leg. *πολλῶν ὄντων τῶν εἰς ἐγκώμιον προκειμένων ὑποθέσεων* (Mon.)

1280, 17 l. *ὥστε* (pro *ὡς*) *μεταπεσεῖν* cod. Mon. } cf. Herm.
— „ *φυλάττον* (pro *φυλάττων*). } III, 310.

1281, 6 post *ἀφέλειαν* secundum cod. Med. 1. (cf. 1280/81 adn. 25) ex Hermogene inserendum *‚οὐδὲ ἦθος'*: *ἐὰν δὲ λέγῃ* (Hermog. III, 310, 21) *‚πεποίηκε λαμπρότητα καὶ μέγεθος, ἀλλ' οὐκ ἀφέλειαν [οὐδὲ ἦθος]', οὐκ ἀναιρεῖ τὸ εἶναι τὸν τοιοῦτον ὅρκον (τὸ εἶναι* del. sec. Mon.*) ἠθικὸν παντελῶς, ἀλλὰ τὸ εἶναι μόνον ἠθικὸν καὶ ἀφελῆ.*

1288, 25 leg. *κατασκευάζεται.*

1290, 14 leg. *καὶ ἔστι πρότασις μὲν ἡ ἐπαγγελία τῆς ὑποφορᾶς* (pro *προφορᾶς* cf. Hermog. III, 108, 5, 6) *ὑποφορὰ. δὲ ὁ τοῦ ἐχθροῦ λόγος.* Hermogenis haec sunt verba; quid, quod apud Ernestium (lex. techn. graec. p. 298) s. v. *πρότασις* legimus: Gregorius ad hunc locum *πρότασιν* explicat *τὴν ἐπαγγελίαν τῆς προφορᾶς?!*

1293, 28 leg. cum cod. Mon. *ὑπαλλάττοντι τὴν τάξιν* (pro *λέξιν*) cf. p. 1294, 5 *πῇ μὲν τὴν τάξιν ὑπαλλάσσει.*

1295, 5 leg. *χρῆσιν τῆς μεθόδου.*

1296, 27 recte legimus Thucydidem *τὰ μὲν περὶ τῶν πολέμων* contraxisse; ita etiam apud Hermogenem legendum est pro *τὰ περὶ τῶν πολεμίων* (ita Walz III, 429, 21; Spengel II, 446, 8; Hermog. cod. Vind. *ἐπὶ τῶν πολέμων* !) cf. Thuc. I, 36 *τὰ κατὰ τοὺς πολέμους.*

1301, 15 post *περιαυτολογίαν* Reiskium secutus *[ἐπαχθές ἐστιν]* suppleverim.

1302, 8 l. *ὡς δῆθεν εὐκαταφρόνητον τοῦτο* (pro *τοῦτον*) sc. *τὸ ἰσχυρὸν τοῦ ἐχθροῦ* (non *τὸν ἐχθρόν* ipsum) *ποιούμενος* sec. cod. Mon.

1307, 11 leg. *δισχίλιαι δραχμαί* (pro *δύο*) cf. argum. orat. in Aristog.

1314, 22 *τὰ τοῦ πολέμου* (pro *πρὸς πολέμου*) rectius legitur cum cod. Mon. cf. etiam Demosth. II, 17; Gr. p. 1326, 20.

1315, 5 *ἰδιώσομεν* leg. pro *ἰδιωσόμεθα*.

1317, 7 leg. *ἐν δὲ τοῖς Ὀλυνθιακοῖς τῷ πρώτῳ λόγῳ* (pro *τοῦ πρώτου λόγου*). Reiske coni. *ἐν ἀρχῇ τ. π. λ.* sed lemma hoc loco habemus Hermogenianum (*ἐν* ante *τῷ* in codice Monac. cuius recensio scholiastae nostro praesto erat (1318, 14!) omissum est!)

1326, 15 pro *ἀσθενεῖν* legendum *ἀσθενεῖ* cf. p. 1314, 17.

1336, 27 leg. *τούτου [τοῦ] δράματος*.

1250, 6 leg. *τὰς μέντοι αἰτίας [δι' ἃς] νῦν μὲν . . . . αὐτῷ* (pro *αὐτοῖς*) cf. Hermog. III, 214, 8; Gr. p. 1218, 8.

— 26 *φανερὸν δὲ ποιήσομεν ἐν τῷ περὶ [μεθόδου] δεινότητος* legendum est. cf. Hermog. III, 302, 2—5.

1351, 5 leg. *ἢ ἐν τῷ περὶ μεθόδου γλυκύτητος ἐπαγγελία τοῦ τεχνικοῦ ἐπαληθεύεται* (pro *ἤ . . . ἐπαγγελίαν . . ἐπαληθεύει*).

VITA.

Natus sum Theodorus Fridericus Arnoldus Gerber in oppido Elmshorn a. d. VIII. Id. Iun. anno h. s. LXII patre Guielmo divini verbi in ecclesia evangelica ministro matre Fanny e gente Hager. Usque ad annum sextum decimum patris nec non et fratris carissimi disciplina usus per tres annos et dimidium gymnasium frequentavi Husumense a Carolo Henrico Keck viro humanissimo rectum, cui quantum debeam grato animo semper memor ero. Autumno anni LXXXI maturitatis testimonium adeptus studiis philologicis et historicis operam daturus Lipsiam me contuli. Hic per ter sex menses commoratus almam matrem adii Bonnensem, unde post tria semestria universitatem petivi Christianam Albertinam Kiliensem, cuius per biennium civis fui. Vere anni LXXXVIII examine pro facultate docendi absoluto postquam per annum Flenopoli stipendia feci militaria, primum in gymnasio Slesvicensi praeceptoris munere functus nunc gymnasii Wandsbecensis magistris adscriptus sum. Examen rigorosum superavi pridie Non. Mart. h. a.

Docuerunt me viri doctissimi Arndt, Curtius †, Hermann, Lange †, Lipsius, Masius †, de Noorden †, Ribbeck, Voigt, Windisch Lipsienses; Buecheler, Kekulé, Luebbert †, Maurenbrecher, Menzel, Nissen, Schaefer † Bonnenses; Blass, Bruns, Busolt, Foerster, Forchhammer, Glogau, Krohn †, Pischel, Schirren Kilienses.

Quibus omnibus gratias ago debitas, in primis vero Friderico Blass et Riccardo Foerster qui studia mea insigni benevolentia prosecuti sunt. Ex quibus Blassio hoc quoque debeo, quod ad ipsa studia Gregoriana me incitavit.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I.

Falsam emendandi rationem iniit Bergkius fragmentum Archilochi in Aelii Herodiani *περὶ σχημάτων* libro (Spengel rh. gr. III, p. 47) servatum ita constituens (poet. lyr. graec.[4] vol. II, p. 401):
Νῦν δὲ Λεώφιλος μὲν ἄρχει, Λεώφιλος (mss. *-ου*) *δ' ἐπικρατεῖ, Λεωφίλῳ δὲ πάντα κεῖται, Λεώφιλος* (mss. *-ε, -ος*) *ἀκουέ[τω].*

II.

Thucyd. I, 8 legerim: *γνωσθέντες τῇ τε σκευῇ τῶν ὅπλων συντεθαμμένων* (pro *συντεθαμμένῃ*) cf. Walz rh. gr. VII, 1145, not. 42.

III.

Hermogen. Speng. rh. gr. II, 440, 9 legendum est: *καὶ παρὰ τῷ Θουκυδίδῃ καὶ προεπιβουλεύειν* (cdd. *ἐπιβουλεύειν*) *αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν.*

IV.

Demetr. *περ. ἑρμ.* cap. 253 (Speng. rh. gr. III, 317, 3) legas *σχεδὸν ὅλως* (cdd. *ὡς*) *σιωπήσας ἐνταῦθα δεινότερος παντὸς τοῦ εἰπόντος ἄν.* Spengel *ὡς* includens coni. *γάρ* Goeller *πώς.*

V.

Cicer. pro Cluent. XI, 32 ‚ab heredibus secundis (del. Baiterus) accepta pecunia' legendum esse Quintiliani (VIII, 4, 11) comprobat auctoritas.

VI.

Praeclaram illam apud Longulam victoriam, quam a Papirio Cursore partam esse Livius est auctor, fictam esse cum Matzatio (röm. Chron. II, 159, Anm. 4.) contenderim.

1386824

Widener Library
005575755
3 2044 085 118 842